

Casa

Gab. R

Est.

Tab. 21

N.º 9

R

4

9

OFFICIA

CANONICORVM REGVLARIVM,
CONGREGATIONIS

SANCTAE CRVCIS

CONIMBRICENSIS

Ordinis Sancti Augustini, secundum Regulas Bre-

uarij Romani, ex decreto sacrosancti

Consilij Tridentini sub Pio V. L. 490

Pont. Max. restituti.

Ab eodem sanctiss. domino nostro Pio V.

Pont. Max. eisdem Canonicis Regul.

correcta & confirmata.

Quibus additum fuit Officium Angeli Custodis huius Regni.

Dulce

Susti + nuit.

pondus

*Or. Dulces de
S. G. G. G.*

Dulces

Clauosa

Dulce Lignum,



CONIMBRICAE,

Apud Ioannem Barrerium Typogr. Reg.

Inssu Reuerendi Patris Generalis Ordinis Canonorum

Regularium eiusdem congregationis Sanctae Crucis.

M. D. LXXXIII.

¶ Vt in hoc volumine, emēdatiora omnia essent, & dilucidiora, quam antea, diligēs opera data est: in quo, nihil eorum quæ adiuncta fuerant ablatum est sed ordo tantum, cum aliquibus orationibus commutatus, vt quisque videre poterit.

¶ Notandum tñ quod pag. r. in rubrica quæ dicit,

In festo S. Aquilini Episc. & mart. } Sic est legendum. } **In festo S. Aquilini mart. tantum.**

¶ Et quoniam his nouis officijs antehac additum erat aliud S. Thomæ Cantuariēsis Episcopi, quod idem ex integro in Breuiario habetur: ideo hic omissum fuit.

¶ In fine huius libri pag. 72. habentur suffragia seu commemorationes dicendæ post Vesp. & Matut. quas recens adiecimus.

¶ Notandum etiam quod Octobris. 10. quo fit de S. Ioanne Confess. proprius dies erat secundæ translationis, S. August. quæ propter illud festum in sequentem, qui est. 11. transfertur.

PIVS PAPA V.



AD PERPETVAM rei memoriam,
 Licet ecclesia Dei sponsa tunc veræ iubi-
 lationis suæ fructum reportet, cum Chri-
 sti fideles omnes ad precum effundenda-
 rum exercitium excitat, eundemq; orandi,
 psallendiq; ritum, & morem omnibus pro-
 ponit, alienum tamen à ratione minime
 censendum erit, si aliquos sanctorum quo-

rundam patrocinio specialius suffultos, ad eorundem particu-
 larem venerationem, etiam per crebras illorum cōmemoratio-
 nes sese excitare permiserit, vt peculiare ipsorum meritum agno-
 scentes, eorum quoque vestigia sequi quàm maximè studeant.
 Hinc est, quod nos licet aliàs ex certis tunc expressis causis omni
 alio Breuiarij vsu interdicto, Breuiarium, quod imprimi cura-
 uimus, ac psallendi, precandiq; formulam in omnibus vniuersi
 Orbis Ecclesijs, Monasterijs, ordinibus, & locis etiam exemptis
 in quibus iuxta ritum Romanæ Ecclesiæ dici debet, aut consu-
 euit, sub certis modo, & forma seruari mandauerimus, statuen-
 tes Breuiarium ipsum nullo vnquam tēpore in toto, vel in par-
 te mutandam, aut ei aliquid detrahendum, ac alia fecerimus,
 prout in ipsiſ literis, quas in cuiuslibet Breuiarij prædicti prin-
 cipio imprimi volumus, plenius continetur: attendentes tamē
 dilectos filios Canonicos Regulares cōgregationis Lateranensium
 ordinis Sancti Augustini, eorum patrem, ac primum apostolici
 illius ordinis Reformatorem Sanctam Augustinam prædictam,
 ac præterea insigniores eiusdem ordinis sanctos martyres ac cō-
 fessores, quorum meritis eadem congregatio per orbem propa-
 gata, & illustrata extitit, & in dies eiusdē congregationis per-
 sonæ adiuuantur, atque protegentur, debita, vt par est, veneratione cupere in eorum præsertim diebus, quibus in Domino o-
 dormire eisdem obtigit, celebrare. Nos propterea pium eorum
 desiderium plurimū in Domino cōmendātes, Motu proprio: nō

ad dictorum Canonicoꝝ, seu alicuius eorum super hoc nobis
oblatae petitionis instantiã, congregationi dictoꝝ canonicoꝝ
concedimus primũ, q̃ ultra consuetas sancti Saluatoris La-
teranenũ, & sancti Augustini prædicti eorum patris ad Vesperas,
& Laudes cõmemoraciones, eiusdem Sancti Augustini festũ die
vigesima octaua Augusti occurrens, & per totam illius octauã
tam in Canonicis horis, quam in Missæ celebratione, prout ha-
ctenus celebrare possint, videlicet in ipsa quidem die, & octaua
sub duplici, infra octauas autem sub semiduplici cũ cõmemora-
tione festoꝝ simplicium occurrentium. De decollatione autẽ
Sancti Ioannis Baptistæ fiat suo die cũ cõmemoratione octauæ.
De Dominica autem si occurrat infra octauas, fiat de ea cum cõ-
memoratione octauæ, sin autem in ipsa die, vel octaua Domini-
ca occurrerit, fiat de sancto cum Dñicæ cõmemoratione, cum
Antiphonis videlicet, Hymnis, Respõsorijs, ac reliquijs ipsoꝝ
Canonicõꝝ proprijs ordinatis a Diuo Thoma Aquinate iuxta
eorum antiquum morem, seu & prout melius, ac congruẽtius
videbunt, ab ipsis reformandis, dũ tamen tres primæ lectiões
sive de scriptura, intra octauas quidem de occurrente, in ipso au-
tem die, & octaua de scriptura assignata ab ipsis Canonicis, atq̃
congruẽtius eidem festo aptata: medietate tres, partim de vita eius-
dem patris collecta e dictis eiusdem, in libris præcipuẽ confes-
sionum, nec non & Possidonij eius contẽporanei, ac socij, qui cũ
per annos quadraginta cũ eo familiarissimẽ vixisset, vitam etiã
eius veriori, & integriõ modo descripsit, partim de sermoni-
bus eiusdem patris de communi vita clericorum. Tres verò po-
stremæ lectiões de Homilia sancti Ioannis Crisostomi super
Euangelium Matthæi. **Vos estis sal terræ**: pariter & eius con-
uersionem die quinta Maij cum lectiõibus vt supra authenticis
ex ipso Sancto Augustino, & Possidonio. Nec nõ & cum lectiõ-
nibus in ultimo Nocturno Dni Gregorij Papæ: super Euange-
lio Lucæ: **Erant appropinquantēs ad Ierusalem Publicani, & pecca-
tores**. primam quoque eius, quæ vndecima Octobris, & secũ-
dam, quæ vltima die februarij occurrat, translationes, nec non

INDEX OFFICIORVM
Canoniconum Regularium congregati-
onis sanctæ Crucis Conimbricensis
secundum ordinem Mensium.

MENSE IANVARIO.		
Die 29.	Aquilini Martyris tantum.	Fol. 71.
Die.	Cōmemoratio S. P. August.	fol. 71.
MENSE FEBRVARIO.		
Die 6.	Guarini Episc. & confess.	fol. 2.
Die 18.	Theotoni j primi S. 7. Prioris	fol. 4.
Die 28.	Trāslatio secund. S. P. August.	fol. 11.
MENSE MARTIO.		
Die 1.	Albini Episcopi & confess.	fol. 13.
Die 2.	Herculani Episcopi & cōfess.	fol. 15.
Die.	Cōmemoratio S. P. August.	fol. 71.
Die 17.	Patritij Episc. & confessoris.	fol. 16.
MENSE APRILI.		
Die.	Cōmemoratio S. P. August.	fol. 71.
MENSE MAIO.		
Die 4.	Monicæ matris S. P. August.	fol. 17.
Die 5.	Conuersio S. P. Augustini.	fol. 21.
Die 16.	Vbaldi Episcopi & confess.	fol. 26.
Die 20.	Iuonis Episcopi & confess.	fol. 28.
MENSE IVNIO.		
Die.	Cōmemoratio S. P. August.	fol. 71.
Die .15.	Bernardi confess. tantum.	fol. 29.

INDEX

MENSE IULIO.

- Die. Cōmemoratio S. P. August. Fol. 71.
Die. ANGELI CVSTODIS hui⁹ Regni. fol. 31.

MENSE AVGVSTO.

- Die 28. Augustini P. N. cum octaua. fol. 43.

MENSE OCTOBRI

- Die 10. Ioannis confess. non Pont. fol. 62.
Die 11. Trālatio prima S. P. August. fol. 64.

MENSE NOVEMBRI.

- Die. Cōmemoratio S. P. August. fol. 71.
Die 19. Frigidiani Episc. & confess. fol. 65.
Die 21. Gelasij Papæ & confess. fol. 68.
Die 24. Prosperi Episc. & confess. fol. 67.

MENSE DECEMBRI.

- Die 2. Aniani Episc. & confess. fol. 69.
Die. Cōmem. S. P. Augustini. fol. 71.
Die 29. Thomæ Archiepisc. & Mart. fol. 71.
Canonici Regularis.

FINIS.



INDEX ALIUS
 secundum ordinem Al-
 phabeticum.

Mar. 1.	Albini Episcopi & confess.	Fol. 13.
Decēb. 2.	Aniani Patriarchæ & cōfess.	fol. 69.
Ian. 29.	Aquilini martyristantum.	fol. 1.
Iulij.	Angeli custodis huius Regni.	fol. 31.
Aug. 28.	Augustini Patris Episc. & cōf.	fol. 43.
Iun. 15.	Bernardi cōfess. non Pontif.	fol. 29.
Maij. 5.	Conuersio S. P. Augustini.	fol. 21.
	Cōmemoratio sancti P. Aug.	fol. 71.
Nou. 19.	Frigidiani Episc. & confess.	fol. 65.
Nou. 21.	Gelasij Papæ Canonici Regul.	fol. 68.
Feb. 6.	Guarini Episc. & confess.	fol. 2.
Mar. 2.	Herculani Episc. & martyr.	fol. 15.
Oct. 10.	Ioannis confess. non Pōtif.	fol. 62.
Maij. 20.	Iuonis Episc. & cōfessoris.	fol. 28.
Maij. 4.	Monicæ matris D. P. August.	fol. 17.
Mart. 16.	Patricij Episc. & confess.	fol. 16.
Nou. 24.	Prosperi Episc. & confess.	fol. 67.
Feb. 18.	Theotonij primi S. ⚔. Prio- ris confess.	fol. 4.
Decē. 29.	Thomæ Archiepisc. & mart. Canonic. Regul.	fol. 71.
Oct. 11.	Translatio prima S. P. Aug.	fol. 64.
Feb. 28.	Transl. secūda S. P. August.	fol. 11.
Maij. 16.	Vbaldi Episcopi & confess.	fol. 26.

FINIS.



MORTIS REMEDIUM.

**PROPRIVM SANCTORVM
CANONICORVM REGVLARIVM**

SANCTI AVGVSTINI.

**Qui ab ipsis celebrantur ad formam officij noui
redactum. Ex Apostolica concessione &
authoritate Pij V. Pont. Max.**

FESTA IANVARIJ

Die 29 A

Sancti Aquilini Episcopi & Martyris.

Oratio.



DEVS pro cuius fide beatus Aquilinus gladijsim-
piorum occubuit: dano-
bis quæsumus, vt eius
virtutem congrua de-
uotione sectemur. Per
Dominum nostrum.

**In primo Nocturno le-
guntur lectiones de scri-
ptura occurrenti.**

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

**Ex cathal. sanct. lib. 11.
cap. ult.**

Aquilinus Herbipoli
in Bauaria claris
parentibus genitus: ab
infantibus annis cælo
erectus, cum quosdam
ex condiscipulis opti-
mâsum filijs hæretica
prauitate infectos repe-
risset, Christum ex Maria
virili semine propagatum
asserentes, adeo contra
illum errorem inuehi
cœpit, vt, re postea ab
Episcopo comperta, cum
aduersus eam hæresim
vehementius episcopus
ipse disputasset, atque
catholicam asseruisset

veritatem: diuina miseratione, pueni Aquilini cœpti certaminis occasione, vniuersi fere qui eo errore fuerant infecti, ad catholicam veritatem sint reuersi. Cum autem adoleuisset, creatori toto corde inserrere constituens, in canonicorum regularium, quicum Episcopo Coloniensi debebant, numerum est ascriptus.

R. Honestum fecit.

Lectio v.

Qui post aliquot annos in patriam, vt charissimos parentes inuiseret, reuersus, cum eos ex hac vita commigrasse reperisset, omnibus mox diuenditis, ac pauperib⁹ erogatis, Coloniam ad cœnobium suū est reuersus. Vbi ob vitæ splendorē, in præpositū electus, mortuo

deinde episcopo in eius locum cœmuni omnium consensu est substitutus. Ipse autem fugam arripens, Lutetiam Parisiorum cum peruenisset, ciuitatemq; totam graui peste laborantem cœperisset, nulli parcēs labori, nullis vigilijs, ac assiduis præsertim orationibus, breui eam meruit à morbo liberare. Mortuo autem ibidem episcopo, pariter subrogatus, fuga denuo arrepta, in Italiam Ticinum peruenit: ibique sacrarum literarum studijs operam dedit, Italicūq; vulgare Idioma diligenter edidicit. *R.* Desiderium animæ eius.

Lectio vi.

Mediolanum autē postea, præcipue vt beati Ambrosij, quē peculiari deuotione p-

ieque-

requebatur, reliquas adoraret profectus, ibiq; in cœnobio sancti Laurentij cū canonicis, regularibus cōmoratus contra Arrianam hæresim, quæ tunc totam fere ciuitatem infecerat adeo cœpit declamationibus atque disputationibus insurgere, vt omnes fere ab eo errore fuerint sanati. Quod non ferentes Arriani, eum de more ad Ambrosianam ecclesiam orationis gratia ascendentem in itinere adorti, gladio in gutture infixo, gratisimā domino hostiam immolarunt. Ne autem tantum scelus diuulgaretur, sanctum corpus rapere conati, superuenienti densissima nebula, adeo fuerunt impediti: vt fugam arripere sint coacti. Superuenientes au-

tem fideles, corpusq; in suo sanguine volutatum inuenientes, cū hymnis & canticis illud ad ecclesiam sancti Laurentij deportauerunt, atque in sacello postea eius nomini sacro, honorifice sepelierunt. Vbi miraculis plurimis claruit. *℟.* Stola iucunditatis.

In tertio Noct. homilia super Euang. Si quis uenit ad me, de cōmuni uisus Mart.

Comemoratio. S. P. Augustini.

Officium ut, vt habetur fol. 71.

FESTA FEBRVARII.

Die 6 B

Sancti Guarini Episcopi & confessoris.

Oratio.

Deus qui beatum Guarinum pontificem tuum, in

numeris illustrasti mun-
neribus, da nobis qua-
sumus eius semper excel-
sa cōuersationis imitari
insignia. Per D.

Dei de pro S. Agatha.

Ant. Stans beata Aga-
tha in medio carceris
expansis manibus, ora-
bat ad Dominum: Do-
mine Iesu Christe, magi-
ster bone, gratias tibi
ago, qui me fecisti vin-
cere tormenta carnifi-
cum. Iube me Domine
ad tuam immarcessibi-
lem gloriam feliciter
peruenire.

V. Diffusa est gratia in
labijs tuis. *R.* Propter
ea benedixit te Deus in
æternum.

Oratio.

Deus qui inter cæ-
tera potentia tua
miracula, etiam in sexu
fragili, victoriam mar-
tyrij contulisti: conce-

de propitius, vt qui bea-
ta Agathæ virginis &
martyris tuæ natalitia
colimus, percipias ad te
exempla gradiamur.

Postea pro S. Doro-

thea. Ant. Veni sponsa
Christi. *V.* Specie tua.

Et in Laude. Simile est
regnum cælorum.

V. Diffusa est gratia.

Oratio.

Indulgentiam nobis
quesumus Domine be-
ata Dorothea virgo &
martyr imploret, quæ ti-
bi grata semper extitit,
& merito castitatis &
tuæ professione virtu-
tis. Per Dominum.

*In primo nocturno
leguntur lectiones de
scriptura occurrenti.*

*In secundo nocturno.
Lectio iij.*

*Ex lib. qui dicitur Regu-
la sanctissimi P. August.*

Gvarinus Bononiæ
claro ac religioso
genere propagatus, cū
esset adolescens, Bono-
niæ in maiori ecclesia
inuitis parentibus, qui
de eo magis posterita-
tem optabant, clericus
honorifice est ordina-
tus. Verū cum æquales
suos cerneret mollibus
vestitos, non quæ Iesu
Christi, sed quæ sua sūt
quærentes, ad diuini a-
moris perfectionem ar-
dentius aspirans, Mor-
tariū, ad cœnobium san-
ctæ Crucis canonicorū
regularium, cōuolauit.
Vbi sancti Augustini re-
ligiosum institutū am-
plectēs, breui adeo pro-
fecit, vt optimam partē
cum Maria eligens, di-
uinæq; vacans contem-
plationi, ac sacrarū scri-
pturarum meditationi
inter optimos contem-

platores, ac doctores an-
numerari merito potu-
isset. *R.* Inueni David.

Lectio v.

Destinatus autem ad
sancti Frigidiani ec-
clesiam ibiq; nonnullos
annos religiosissime cō-
moratus, cum ad cœno-
bium suum reuertisset.
Mortuo Papiense epis-
copo, ob illustrem eius
nominis famam, in eius
locum eligitur. Qui om-
nino electioni reluctans
cum in arctiori loco es-
set custodiæ causa detē-
tus, clam deceptis custo-
dibus per fenestram de-
missus, tādīu latuit, do-
nec alter cōsecraretur.
Increbrescente autem
eius nominis fama Lu-
cius secundus Roma-
nus Pontifex, & ipse pa-
tria Bononiensis, ac ca-
nonicus regularis, ini-
tanter apud eum egit,

vt ad se veniret. Qui diu recusans, demū tamen cedens in Prænestinum episcopum Cardinalem est consecratus. *R.*

Posui adiutorium.

Lectio vi.

CVM autem equitatum pretiosum, aliosque episcopales apparatus ab eodem Pōtifice donō accepisset, mox omnibus diuitiis, pretium pauperibus erogavit. Verbū autem Dei populo suo impretermisē prædicās, pauperibus alimenta, & indumenta proprijs manibus ministrans ieiunijs ac orationibus indefinenter vacans, cum demum appropinquare tabernaculi sui depositionem diuinitus præ-

ciuisset, quanquam semper ei fuisset temporalis vita fastidio, tamen ardentiori mentis affectu ad Christi pulchritudinem contemplandam rapiebatur.

Conuocatoque clero, cum eos salutaribus monitis plenius instruxisset, sequenti nocte, cum maxima velut in meridie eluxisset claritas, ad cælum migravit. Sepultusque est in ecclesia & sepulchro beati Agapiti martyris, miraculis clarus. *R.* Iste est qui.


In tertio Nocturn. legitur homil. in Euang.

Homo quidam.

de cōmuni confess.

Lectio nona legitur de

S. Dorothea.





S. THEOTONIVS,

Canonicus Regularis: qui in extremis
histerarum partibus, Canonicum or-
dinem propagavit & auxit. Insigni ac
nobilissima æde Deo erecta in civitate
Covimbrica. Anno Christianæ salutis.
1132. Sub Pont. Max. Innoc. II. Et
Episcopo Conimbricensi Bernardo, Et
Alphonso Hærico à quo Lusitani Regni
initia cœpisse, veteris historiæ annalib⁹
testatum est. Qui cum Paternum genus
ab Hungariæ, Maternum à Castellæ &
Legionis Regibus duceret, primus in
hac provincia (deuictis Sarracenis) Re-
gium nomen sibi vendicauit, Anno Dñi
1139. 25. Julij, qui Diuo Apostolo, ac
Christi martyri Iacobo, dies est sacer.

FESTA FEBRVARII.
IN FESTO S. THEOTONII
CONFESSORIS CANONICI
REGVLARIS, ET PRIMI

S. CRVCIS PRIORIS

Die 18 G.

Ad Vesperas Antiph.
Dne qui omneque talenta.

Cum reliq. de Laud. ps.
Dixit Dns. Confitebor.
Beatus vir. Laudate pu
cri. Laudate Dominu.

Capitulum Eccles. 31.

Beatus vir qui
inuentus est si
ne macula, &
qui post aurum
non abiit, nec sperauit
in pecuniæ thesauris,
quis est hic & laudabi
mus eum, fecit enim mi
rabilia in vita sua.

Hymnus.

Iste cōfessor Domini
sacratu.
Festa plebs cuius cele-

brat per orbem,
Hodie lætus meruit se
creta.

Scandere cœli.

Qui pius, prudens, hu
milis pudicus,
Sobrius, castus, fuit, &
quietus.

Vita dum præsens, vege
tauit eius.

Corporis artus.

Ad sacrum cuius tumu
lum frequenter
Membra languentum
modo sanitati
Quolibet morbo fuerint
gratata.

Restituuntur.

Vnde nunc noster cho
rus in honorē
Ipsius hymnum canit
hunc libenter.

Vt pijs eius meritis iu-
uemur

Omne per æuum.

Sit salus illi, decus atq;
virtus,

Qui supra cœli residens
cacumen,

Totius mûdi machinam
gubernat,

Trinus & vnus.

Amen.

† Amavit eum Domi-
nus: & ornauit eum.

& Stulam gloriæ in-
duit eum.

Ad Magnificat. Añã.

Similabo eum viro sa-
pienti, qui edificauit do-
mû suam supra petram.

Oratio.

Omnipotens sempit-
erne Deus, qui hu-
ius diei veneradam san-
ctamq; lætitiã, in bea-
ti confessoris tui Theo-
tonij festiuitate tribui-
sti, da ecclesiæ tuæ qua-
sumus, & amare quod

credidit, & opere exer-
cere quod docuit. Per.

Nulla sit cõmemoratio

Ad Matut. Inuitatoriũ.

Regem cõfessorũ Dñm.

Venite adoremus.

Psal. Venite. Hymnus.

Iste confessor.

In primõ noctur. Añã.

Beatus vir, qui in lege
Dñi meditatur, volũtas

eius permanet die ac no-
cte, & omnia quæcunq;

faciet semper prospera-
bũtur. **Psal. Beatus vir.**

Añã. Beatus iste sanctus,
qui confisus est in Dño,

prædicauit præceptum
Domini constitutus est

in monte sancto eius.

**Psalm. Quare frem ue-
runt. Antiphona.**

Tu es gloria mea, tu es
susceptor me? domine,

tu exaltans caput meũ,
& exaudisti me, de mõ-

te sancto tuo. **Psalm.**
Domine quid.

FESTA FEBRUARII.

V. Amavit eum Domi-
nus, & ornavit eum. **R.**

Stolam glorię induit eum.

De libro Sapientię.

Lectio prima.

Iustus si morte præoc-
cupatus fuerit, in re-
frigerio erit. Senectus
enim venerabilis est,
non diuturna, neque
annorum numero com-
putata. Cani autem sunt
sensus hominis: & ætas
senectutis vita iminacu-
lata. Placens Deo factus
dilectus vinens inter pec-
catores translatus est.
Raptus est ne malitia na-
taret intellectum eius,
aut ne fictio deciperet
animam illius. Fascina-
tio enim nugacitatis ob-
scurat bona, & inconstan-
tia concupiscentię tras-
vertit sensum sine mali-
tia consummatus in bre-
ui, explevit tempora mul-
ta. Placita enim erat

Deo anima illius, pro-
pter hoc properavit e-
ducere illum de medio
iniquitatum.

R. Euge serve bone &
fidelis, quia in pauca fu-
isti fidelis, supra multa
te constituam. Intra in
gaudium Domini tui.

V. Domine quinque ta-
lenta tradidisti mihi,
ecce alia quinque superlu-
cratus sum. Intra.

Lectio secunda.

Populi autem viden-
tes, & non intelligē-
tes, nec ponētes in præ-
cordijs talia: quoniam
gratia Dei, & misericor-
dia in sanctos eius, & re-
spectus in electos illius
condemnat autem iu-
stus mortuus viuos im-
pios, & inuentus cele-
rius consummata lon-
gam vitam iniusti. Vi-
debunt enim finem sa-
pientis, & non intelli-

gent,

gēt, quid cogitauerit de illo Deus, & quare muni erit illum Dominus. Videbunt enim, & cōtemnēt eū: illos autem Dominus irridebit. Et erūt post hęc decedentes, sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam dirumpet illos inflatos sine voce: & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur.

R. Iustus germinabit sicut Lilium. Et florebit in æternum ante Dominum.

V. Plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Et florebit in æternum.

Lectio tertia.

ET erunt gementes, & memoria illorum periet. Venient in cogitationem peccatorū suo-

rum timidi, & traducēt illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Tunc stabunt iusti in magna cōstātia, aduersus eos qui se angustiauerūt, & qui abstulerunt labores eorum. Vidēt esturbabuntur, timore horribili, & mirabūtur in subitāne insperatæ salutis, dicētes intra se pœnitētiā agentes, & pœ angustia spiritus gēmētes: hi sunt quos habuimus aliquādo in derisum, & in similitudinem imptoperij. Nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorū sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.

R. Iste cognouit iustitiam, & vidit mirabilia magna: & exorauit altissimum. Et inuen-

tus est in numero san-
ctorum. *V.* Ille est qui
contempfit vitam mun-
di, & peruenit ad coele-
stia regna. Et inuentus
est. *Gloria Patri.*
Et inuentus est.

Insecūd. Noct. Añā.
Inuocantem exaudiuit
Dominus sanctum suū.
Dominus exaudiuit eū,
& constituit eū in pace.

Psal. Cum inuocarem.
Añā. Latentur omnes
qui sperant in te Domi-
ne quoniam tubenedi-
xisti iusto, scuto bonæ
voluntatis tuæ corona-
sti eū. *Psal* Verba mea.

Añā. Domine dominus
noster, quā admirabile
est nomen tuum in vni-
uersa terra, quia gloria
& honore coronasti san-
ctum tuū, & constituisti
eum super opa manuum
tuarū. *ps.* Dñe dñs n̄r.

V. Osiusti meditatibitur
sapientiam. *Re.* Et lin-
gua eius loquetur iudi-
cium. *Lectio III.*

*Ex manuscripto codice
de vita ipsius.*

THEOTONIVS
Gulletiæ, ciuitate
Tudensi oriundus, à re-
ligiosis parentibus, reli-
giose enutritus, ac spiri-
tualibus studijs, sufficiē-
ter instructus: cū ad Vi-
siensem Lusitanix urbē,
se contulisset, ibiq; vi-
tam sanctitate, ac rerū
sacrarum peritia conspi-
cuam, diu degisset, ciui-
um precibus, & Colim-
briensis episcopi iussu,
Prior inuitus ordina-
tur. Quo in munere cū
multos annos egregie se-
gessisset, sanctorum lo-
corum succensus deside-
rio. Prioratui cedens
(quem tamen reuersus,
sed nec episcopalem illi

sepius oblatam dignitate, recipere, acquieuit ea bis inuisit: multisque in itinere clarus fuit miraculis. Ad ipsum autem Dominici corporis sepulchrū, cognita eius pietate, canonici eius loci regulares cōmunem illi viuendi societate, quin & sepulchri custodiam, quod illum ardentissime desiderare cognouerāt: instantissime offerebāt: quod tamen ipse (Deo ita disponēte) accipere recusauit. quoad usq; in Lusitaniam rediens, res suas componeret, ac demū ita tertio rediret.

R. Iste est qui ante Deū magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est. Ipse intercedat pro peccatis omnium populorū.
V. Iste est qui contempsit vitā mūdi, & perue-

nit ad cœlestia regna.

Ipsē. **Lectio v.**
Quo reuersus, cum eandem tertio perfectionem pararet: in nobiles, ac graues viros undecim clericos Colimbriæ incidit: quos in hoc ipsum feruentissime Dominus aspirauerat, vt relicta omni seculari pōpa, in humilitate, ac religionis custodia, arctius sese Deo manciparent. Quorum intellecto, & probato consilio, ipse quoq; eis annumerari consensit. Anno itaq; supra millesimum, centesimo / trigessimo secūdo, Apostolico feruētē spiritu, duodecim isti viri, cœnobium in honorem sanctę Crucis, ac beatissimę Dei matris, indictę ciuitatis sub vrbe extruxerūt: ac diu Augustini Regulam, &

habitum assumentes;
THEOTONIVM
 licet repugnantem, si-
 bi in priorem delege-
 runt. Qui prior factus,
 cum vitæ gravitate,
 singularitate abstin-
 tiæ, orationis visu con-
 tinuo omnibus esset ad-
 mirabilis, atque reue-
 rendus: tum vero bi-
 miæ charitatis, atque
 humilitatis virtute, qua,
 & cunctorum subue-
 niebat necessitatibus &
 omnium, veluti se mi-
 nistrum arbitrabatur,
 omnibus, mirum in mo-
 dum se reddebat ama-
 bilem. Virginitatem
 perpetuam coluit. Cu-
 rationis gratia clarus,
 inter alios & Regem
 Alphosum & Reginam
 eius coniugem Mahal-
 dam à gravissimis do-
 loribus liberavit. A qua
 tamen graves aliquando

molestias est perpessus,
 quod eam claustrum, in-
 gredi non permetteret,
 non esse ordinis asserens,
 nec approbatæ coniu-
 etudinis, foemina, ha-
 bitaculum ingredi, mū-
 dum fugientium, nisi
 forte defunctam. *Bl.*

Amavit eum Domi-
 nus, & ornauit eum,
 stolam gloriam induit
 eum. Et ad portas pa-
 radisi coronauit eum,
 Induit eum Domi-
 nus loriceam fidei, &
 ornauit eum. Et ad por-
 tas paradisi coronauit
 eum.

Leobionij
De monibus etiam
 tremendus, à plu-
 rimis eos præsertim in
 mortis agone constitu-
 tis, compescuit, atque
 effugauit. Cum autem
 post vigesimum primū,
 ab ingressu monasterij

annum, ætatis vero eius septuagesimum primum longam contrahere cœpisset valetudinem, prioratui cedens, totum se deinceps compunctioni, atque contemplationi tradidit. Sustentabat autem senilia membra, baculo illo, quem sibi, audita eius sanctitate, dono miserat vir Dei Bernardus primus Clarevalensium Abbas, eoq; frequenter doloris aculeos deuotissime contingens, leuius habebat. Apparuit ei, ante paucos dies quam moreretur, Apostolorum princeps, de futura eum gloria certiozem reddens, quodque propter eum, plurima essent illi monasterio conferenda beneficia: Sed & pridie visus est magnus stel-

larum globus è cœlo in medium claustrum descendere, miro omnium oculos radiorum fulgore perstringens. Igitur sumptis sacri corporis misterijs, quibus ferè quotidie refici solebat: multa cum suis agens filiis, eosque ad religionis apicem cohortatus, religiosissimam Deo animam reddidit: anno suæ ætatis octuagesimo. Cuius corpus in ipso sanctæ Crucis monasterio, à Reuerendissimo Colimbriensi Episcopo, honorifice est sepulture demandatum vbi vsque in præsentem diem integrum & incorruptum manet, plurimis clarum miraculis.

R. Iste homo perfectus omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: ingredi in

requie meam. Quia te
vidi iustum coram me
ex omnibus gentibus.

V. Iste est qui contem-
psit vitam mundi, & per-
uenit ad cœlestia regna
Quia te. **G.** gloria. Quia.

In iij. noct. Añā.

Domine iste sanctus ha-
bitabit in tabernaculo
tuo: operatus est iustitiã
requiescet in monte san-
cto tuo. **Psal.** Dñe quis
habitabit. **Añā.**

Vitam petijt à te, & tri-
buidisti ei Domine gloriã
& magnum decorẽ, im-
posuisti super eum, po-
suisti in capite eius co-
ronã de lapide pretio-
so. **ps.** Dñe in virtute.

Añā. Hic accipiet bene-
dictionem a Domino &
misericordiã à Deo sa-
lutari suo, quia hæc est
generatio quærentium
Dominum. **Psal.** Domi-
ni est terra.

V. Lex Dei eius in eor-
de ipsius. **R.** Et non sup-
plãtabuntur gressus eius.

Lectio sancti Euangelij
secundum Lucam.

Lectio vii. c. 12.

In illo tempore: dixit
Iesus discipulis suis,
Sint lûbi vestri præcin-
cti, & lucernæ ardentes in
manibus vestris, & reliqua.

Homilia S. Greg. Pap.

Sancti Euangelij fra-
tres charissimi, vo-
bis apte est lectio recita-
ta: sed ne aliquibus ipsa
eius planities, alta for-
tasse videatur, eam sub-
breuitate trãscurrimus:
quatenus eius expositio
ita nescientibus fiat cog-
nita, vt tamen sciētibus
non sit onerosa. Quia
viris luxuria in dombis
sit, fœminis in umbilico
testatur Dominus, qui
de Diabolo ad beatum

Job loquitur, dicens: virtuseius in lumbis ei⁹ & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. *Re.* Iste homo ab adolescētia sua, meruit infirmos curare. Dedit illi dominus, claritatem magnam, cecos illuminare & demones effugare. *ψ* Ecce homo sine quærela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in Inocentia sua. Dedit illi dominus.

Lectio. viii.

A Principali igitur sexu, lumborum nomine luxuria designatur, cum dominus dicit: sint lumbi vestri præcincti: lumbos enim præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est, mala non agere, nisi etiam

quisque studeat & bonis operibus insudare protinus additur: & lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cū per bona opera, proximis nostris, lucis exempla monstramus: de quibus profecto operibus dominus dicit, luceat lux vestra corā hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. *Re.* Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectatibus dominum suū quando reuertatur à nuptijs. *ψ* Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vesterventurus sit. Et vos. *G*loria patri. Et vos.

Lectio. ix.

Duo autē sunt quæ iubētur & lūbos restringere, & lucernas tenere: vt & munditia sit castitatis in corpore, & lumen veritatis in operatione. Redēptori etenim nostro vnū sine altero placere nequaquā potest: si autis qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamēta non deserit aut is qui castitate præeminet nec dum se per bona opa exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere: nec bonū opus est aliquid sine castitate. Sed si vtrunq; agitur, restat, vt quisquis ille est, spe ad supernam patriatē dat, & nequaquā se à vitijs, p̄ mūdi huius honestatē cōtineat. Tu autem dñe.

Quoniam in multis locis ad laudes (tantum)

huius festi sit cōm. sancti Simeonis: ideo vbi talis fuerit cōsuetudo, vltimo loco ponetur lectio ipsius vt in breuiario, si extra quadragesimam venerit.

¶ Ad laudes & per horas *Añā.*

Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. *Cum*

domin⁹ regnauit.

reliq. Añā. Euge serue bone in modico fidelis intra in gaudium domini tui. *Añā.* Fidelis seruus & prudens quē constituit dominus super familiam suam. *Añā.*

Beatus ille seruus quem cum venerit dñs eius & pulsauerit ianuā inuenerit vigilantem. *Añā.*

Serue bone & fidelis intra in gaudium dñi tui, *Capitulum.*

Beatus vir.

Hym.

Hymnus.

Iesu corona celsior,
Et veritas sublimior,
Qui confitenti seruulo,
Reddis per eum premiū.

Da supplicanti cætui,
Obtentu huius optimi,
Remissionem criminū,
Rumpendo nexum vinculi.

Anni recurso tempore,
Dies illuxit lumine,
Quo sanctus hic de corpore,
Polum migravit præprensens.

Hic vana terræ gaudia,
Et lutulenta prædia.
Polluta sorde deputas,
Quam tenet cælestia.

Te Christe rex pijsissime
Hic confitendo iugiter,
Calcavit hostem fortiter,
Superbum ac satellitem.

Virtutum actu & fide,
Confessionis ordine,
Ieiuna membra deferens,
Dapes supnas obtinet.

Proinde te pijsissime
Precamur omnes supplices,

Vt huius almi gratia,
Nobis remittas debita.

Gloria patri ingenito,
Eiusque unigenito
Una cum sancto spiritu
In sempiterna sæcula.

Amen. **V.** Iustum deduxit dñs per vias rectas.

R. Et ostendit illi Regnum Dei.

Añ. **Benedictus** Añ.
Euge seque bone & fidelis,
qui in pauca fuit
isti fidelis supra multa
te constituan intra in
gaudium domini tui.

Oratio ut in vesperis.
Deinde pro cōmemoratio

sancti Simeonis ubi fuerit consuetudo. Añ.

Qui odit. V. Iustus ut palma florebit.

Oratio.

Infirmatē nostram
respice omnipotens

Deus, & quia p̄odus p̄-
prie actionis grauat be-
ati Simeonis martyr-
tui, atq; Pontificis in-
terceſſio glorioſa, nos
protegat. Per dñm.

Ad Tertiam. Añā.

Euge ſerue bone.

Capitulum Eccleſ. 31.

BEatus vir qui inue-
tuſe ſt ſine macula,
& qui poſt aurum non
abiit, nec ſperauit in ſe-
cum theſauris: quis eſt
hic & laudabitur uſeum,
recit enim mirabilia in
uita ſua. *Or.* Amauit
eū Dominus. *Et orna-
uit eū. V.* Stola glori-
a induit eum. *Et or-
nauit eum. Gloria pa-
Amauit. V.* Os iuſti me-
ditabitur ſapientiam.
Re. bre. Et lingua eius loque-
tur iudicium.

Ad Sextam. Añā.

Fidelis ſeruus.

Capitulum, Eccleſ. 39.

Iuſtus cor ſuum tradi-
dit ad uigilandum delu-
culo ad Dominum qui
fecit illū, & in cōſpectu
altiffimi deprecabitur.
Re. bre. Os iuſti Medi-
tabitur ſapientiam.

V. Et lingua eius loque-
tur iudicium. Meditabi-
tur. *Gloria.* Os iuſti.

V. Lex Dei eius in cor-
de ipſius. *Et nō ſup-
plātabuntur grefſus ei.*

Ad Nonam. Añā.

Serue bone.

Capitulum Sapient. 10.

Iuſtam deduxit Do-
minus per uias rectas,
& oſte: dit illi regnum
Dei, & dedit illi ſcientiā
ſanctorum, honeſtauit
illū in laboribus, & cō-
pleuit labores illius.

Re. bre. Lex Dei eius In
corde ipſius, & nō ſup-
plātabuntur grefſus ei-
us. In corde ipſius.

Gloria. Lex Dei eius.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas.
R. Et ostedit illi regnum Dei.

Ad Vesperas fit sicut in primis.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostedit illi regnum Dei.
Ad magn. Ant. Hic vir despiciens mundum, & terrena triumphans, diuitias caelo contulit ore manu.

Die 28 C.

Translatio secunda Sancti P. August.

Ad Vesp. Ant. Ecce sacerdos magnus. **Cum reliquis de Laudib. Psal.** Dixit Dominus. **C.** onfitebor. **B.** eatus vir. **L.** audate pueri. **L.** audate Dominum.

Capitulum Eccles. 50.



Ecce sacerdos magnus, qui in vita sua iussit sibi domum, & in

diebus suis corroboravit templum, templi etiam altitudo ab ipso fundata est duplex edificatio & excelsi parietes templi.

hymnus.

Magne pater Augustine
Preces nostras suscipe
Et per eas conditori
Nos placere satage.
Atque rege gregem tuum
Summum decus praesulum.
Amorem paupertatis
Te collaudant pauperes,
Assertorem veritatis,
Amant veri Iudices,
Frangis nobis fauos mellis
De scripturis differes.
Quae obscura prius erant,
Nobis plana faciens
Tu de verbis saluatoris,
Dulcem panem conficis,
Et propinas potum vitae,
De psalmodum nectare.
Tu de vita clericorum,
Sanctam scribis regulam,

Quam qui amant & sequuntur.

Viam tenent regiam,
Atq; tuo sancto ductu.
Redeunt ad patriam.

Regi regum salus vita,
Decus & imperium

Trinitati laus & honor
Sit per omne seculum

Qui concives nos ascribat

Supernorum civium. Amen

Y Ora pro nobis beate
Pater Augustine. **R.** Ut
digni efficiamur promissionibus Christi.

¶ Ad Magnif. Añã.
in utrisq; vesp.

Præsul sanctissime Augustine, via morum scripturæ secretum, Doctor Egregie, lux Doctorum, vitæ nostræ, decretum. Roga mittissime Christi nos adire secretum.

Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus, ut beati

Augustini confessoris tui atq; pontificis veneranda solennitas & deuotionem nobis augeat & salutem, Per dominum.

Deinde fit comm. quadrages. si in ea venerit.

Ad Matut. Inuitatoriu.

Regem confessorum dñm.

Psalms. Venite. Hymn

Magne pater Augustine.

Añã, Psalmi, Versic. &

Resp. noctur. dicuntur

de comu. confess. Pont.

In primo Nocturno

leguntur lect. de tempore,

In quadrages. vero

Sapientiam antiquorum.

de comuni doctorum.

In secundo Nocturno

Lectio iiii.

E Volutis, à felici dormitione beatissimi

patris nostri Augustini,

annis circiter ducentis

octuaginta, cum corpus

eius sanctissimum, quod

in Sardiniam fuerat tras-

latum, Barbaris, qui tūc
tēporis insulā cœperāt
atq; vastauerant, minus
honorifice haberetur:
Leoprādus Longobar-
dorum Rex pijsimus,
tantipatris deuotione
affectus, missis eo lega-
tis magno cum auri pō-
dere, corp⁹ redimi, at-
q; trāsferri curauit. Qui
cum tāto pignore lati
reuerētēs cū id regi de-
nūciaissent: ipse vsq; ad
Genuēsium urbē, obuiā
profectus, honorifice
ac deuotissime illud ex-
cepit. Inueni Dauid.

Lectio v.

Cum autem sequenti
die, illud amouere,
atq; inde trāsferre vel-
lent: haudquaquam fi-
eri potuit: donec Rex
votum voueret eccle-
siam se ibi in tanti pa-
tris honorem ædificaru-
rum. Quod & cū alibi

quoque, vbi eunq; per-
noctare contigisset fa-
ctū fuisset: Rexq; eodē
se sempervoto obstrin-
xisset, Papiam demum,
prodeūte obuiam vni-
uerso clero, ac populo,
ac magna cum exulta-
tione, sacrū pignus ex-
cipiente perlatum, in
Diui Petri, in cœlo au-
reo, cui nomen est, tem-
plo honorificentissime
est collocatum: vbi mi-
raculis plurimis claru-
it. Posui adiutoriū.

Lectio Sexta.

Templum autem il-
lud, simul & Abba-
tiale cœnobiū, rex ip-
semet Leoprāndus, ob-
translatum Diui Augu-
stini corpus, Canonici
Regularibus vna cū do-
te instaurauit, anno sa-
lutis septingētesimo vi-
gesimo secundo: vt ip-
semet, per hæc eadem

verba, quę viuēs posuit,
 quęque adhuc in ipsa
 ecclesia regis sepulcro
 supereminet contesta-
 tur. Fons autem indefi-
 ciens in loco, in quo pri-
 mum sancti patris cor-
 pus fuerat repositum,
 exuberare cepit: ex cu-
 ius potu quam plurimi
 febricitantes & langu-
 di sūt sanitati restituti.
 Ut vere illi nedum spi-
 ritualiter, sed & ad lite-
 ram cōpetat, quod de
 eo aptissime est dictū:
 In diebus ipsius emana-
 uerunt putei aquarum,
 & quasi mare adimple-
 ti sunt supra modū: qui
 curauit gētem suam, &
 liberauit eam à perdi-
 tione. *℟.* Iste est quid.

¶ In Tertio nocturno.
Legitur homilia in Eua-
gelii. Vosestis salterre.
De comuni Doctorū.

¶ Ad Laud. & per hor.

Añ. Ecce sacerdos ma-
 gnus, qui in diebus suis
 placuit Deo, & inuen-
 tus est iustus. *Psal.* Do-
 minus regnauit. *cum re-*
liquis. Añ. Non est in-
 uētus similis illi qui cō-
 seruare legem excelsi.

Añ. Ideo iure iurando
 fecit illū Dominus cres-
 cere in plebem suam.

Añ. Sacerdotes Dei be-
 nedicite Dominū, ser-
 uii Domini hymnum di-
 cite Deo halleluia. *Añ.*

Serue bone & fidelis in-
 tra in gaudium Dñi tui
Capitulum. Ecce sacer-
 dos magnus. *ut in Vesp.*

Hymnus.

COeli ciues applau-
 dite,

Et vos fratres cōcinite,
 Patris nostri solemnia
 Solis reduxit orbita.

*H*inc ergo Psalmi re-
 sonent.

Hinc lectiones concre-
pent,

Et hymnorū dulci sona
Multiplicentur cātica.

Quod lingua foris per-
sonat,

Intus affectus sentiat,

Nec imitari pigeat,

Quod laudare mens ap-
probat.

Hunc post mundi cur-
ricula,

Cœli suscepit curia,

Quem cū suis fidelibus,
Iam salutauit Domin⁹,

Conemur totis viribus,
Iungamus preces ꝑcib⁹

Vt Augustini meritis,
Cœli fruamur gaudijs.

Præsta pater pijsime,
Patriq; cōpar vnice,

Cum spiritu paracleto
Regnans per omne se-
culum. Amen.

ꝑ. Ora pro nobis bea-
te Pater Augustine.

ꝛ. Vt digni efficiamur
promissionib⁹ Chrſti.

¶ Ad Benedictus. Añā.

Canon vitæ canonicæ,
Lucerna nostris pedib⁹,

Roga Chrſtū ꝑ famu-
lis, Vt nostris adsit mē-

tibus, & in æterna re-
quie suis iungat agmi-

nibus. **Oratio vt supra.**

¶ Ad Tertiam. Añā.

Non est inuentus.

Capitul. Ecce sacerdos
magnus. **ꝛ. ore.** Ama-

uit eū Dñs. Et ornauit
eū. **ꝑ.** Stolā gloriæ in-

duit eū. Et ornauit eū.
Gloria. Amavit eum.

ꝑ. Elegit eum Domin⁹
sacerdotem sibi. **ꝛ.** Ad

sacrificandum ei hostiā
laudis,

¶ Ad Sextam. Añā.

Ideo iure iurando.
Capitulum, Eccles. 50.

IN diebus ipsius ema-
nauerunt putei aqua-

rū, & quasi mare adim-
pleti sunt supra modū

qui curauit gentē suam

& liberavit eam à perditione.

Elegit eum dominus Sacerdotem sibi. Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Sacerdotem sibi. Gloria patri. Elegit eum Dominus.

Tu es sacerdos in æternum. Secundum ordinem Melchisedech.

Ad Novam. Añã.
- Serue bon e.

Capitulum, Eccles. 50.
Quasi stella matutina in medio nebule, & quasi luna plena in diebus suis lucet, & quasi sol refulgens, sic iste refulsit in templo Dei. Tu es sacerdos in æternum. Secundum ordinem Melchisedech. Gloria. Tu es sacerdos. Iustum deduxit Dominus, per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Vesperas. Añã.

Ecce sacerdos magnus. Dixit Dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri. Memerito Domine David. A cap. fit de seq. festo.

FESTA MARTII.
Die I. D

Sancti Albini Episcopi & confessoris. Capitulum.
Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis. Ver. Amavit eum. Añã. Sacerdos & Pontifex.

ORATIO.

Deus qui beatum Albinum sanctorum tuorum numero coequalisti, concede nobis quesumus eius semper & orationibus adiuuari, & vite exempla sectari. Per d.

Deinde fit come. S. August. ut in primis vespis. Postea de feria.

In primo Nocturno

Lect.

Lectōnes. Fidelis sermo,
de cōmuni confessorū.

In secūdo Nocturno,

Lectio iiii.

E x furio. lib. 2. pag. 2.

Albinus ex Veneti-
ca regione claris
parentibus progenitus,
adolescens, in Transla-
cense Canonicoꝝ re-
gularium cænobium as-
criptus, cum ibi plures
annos sanctissime se ges-
sisset, defuncto collegij
omnium sanctoꝝ Ab-
bate, ab eo successor de-
stinatus, vno omnium
consensu in eius locum
est subrogat⁹. Qui licet
inuitus electioni assen-
tiēs, strenue adeo ac re-
ligiose eo in regimine
per viginti quinque an-
nos se gessit, vt post mo-
dum in Andegauēsi ec-
clesia, omnibus omni-
no esilagitantibus, nul-
loq; pacto eius depreca-

tionis acquiescentibus,
Antistes sit electus.

Re. Inuent David.

Lectio. v.

Quo in episcopatu
cum strenue ad-
modū ac religiose mo-
re suo se haberet (erat
enim nedum sanctitate
& doctrina, sed & rerum
gerendarum experien-
tia incomparabilis) vul-
gata eius nominis fa-
ma, Carolus Magnus
eum, vt sibi tam in diui-
nis, quam humanis re-
bus consiliarius esset, pre-
cipuus, ad se accersiuit.
Cum autem Carolus,
Desiderium Longobar-
doꝝ Regem, apud Mor-
tarium (cui ex hac cla-
de nomen est inditum:
prius enim Silua bella
dicebatur) omnino fre-
gisset, ac demum ob-
sessum Papiæ vna cum
vxore ac liberis cepisset

Albin⁹ Caroli permissu
duas ibi vbi hostem su-
perauerat, condidit ec-
clesias: alteram quidem
apostolorum principi,
alteram vero diuo Eu-
sebio episcopo & mar-
tyri Versellēsi sacram,
quam & postea redditi-
bus locupletatam, cano-
nicis regularibus con-
cessit: quæ postea ipsi
Albino est dicata.

R. Posui adiutorium.

Lectio Sexta.

Post plurima autem
præclarissime gesta
vir sanctus cum febr-
ibus decubisset, octua-
gesimo ætatis suæ anno,
ad cælum conuolauit:
quem dominus miracu-
lis nedum in morte, sed
& in vita illustrauit. Nā
inter cetera, & duos ad
huc viues à mortuis sui-
citauit, & cum pro car-
ceratis intercedens ne-

quaquam posset à iudi-
ce liberationem impe-
trare, repente ad eius
preces exiliens e muro
faxum quadrum inclu-
sis exeundi aditum pa-
tefecit, omnesq; effuge-
runt. Cum autem non
longe post eius obitum
sanctus Germanus epi-
scopus, ac populus vni-
uersus membra eius in
nouā basilicam vellent
transferre, nec propter
facelli angustia, in quo
condit⁹ fuerat, sacri cor-
poris extrahendi dare-
tur facultas: repēte ex-
ciso diuinitus pariete,
qui ad pedes erat, om-
nes laudē Deo dare cæ-
perunt, plurimaq; Do-
min⁹ in sancto suo ope-
ratus est miracula.

Rei. Iste est qui.

¶ In Tertio Noct.

Legitur Homil. in Euā

Homo quidam.

de communi confess.

Et .ix. Lectio de homil.
feriæ occurrentis.

¶ In secund. Vesperis.
A Capit. fit de sequen-
ti festo.

Die 2. E

Sancti Herculani Epif.
& Mart. Oratio.

DEus, qui beatum
Herculanū mar-
tyrem tuum, vir-
tute constantiæ, in pas-
sione roborasti, conce-
de nobis quæsumus, vt
eius intercessiōe, in tuo
semper amore robore-
mur. Per.

Deinde pro S. Albino.

Ana. Amavit eum do-
minus. V. Iustum dedi-
xit. Oratio vt sup.

Postea fit com. de feria
In primo Nocturno le-
ctiores. Amileto Pau-
lus. de communi vnus
Martyris.

¶ In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Ex beato Gregorio di-
alog. lib. 3. cap. 13.

Herculan⁹ Perusij,
in maiore ecclesia
à quodam probatissi-
mæ vitæ Canonico Re-
gulari, prima religionis
rudimēta edoctus, ibiq;
postea professus, ad tā-
tam humilitatis, chari-
tatis, omniumque vir-
tutum perfectionem as-
cendit vt defuncto ciui-
tatis episcopo omnibus
vno consensu efflagitā-
tibus, in eius locum fu-
erit electus. Qua in sede,
strenue ad eo, ac religio-
se se habuit, vt præter
omnia, eius functionis
munia egregie perso-
luta, à diuinis etiam, die
noctuq; in ecclesia per-
soluedis laudibus Mys-
tarumq; solemnijis, nul-
lo vnquā negocio, nul-

la rerum molestia potu-
erit abduci. *R.* Hone-
stum fecit illum.

Lectio. v.

Regularibus præte-
rea cæremonijs at-
q; institutis, quam ma-
xime delectatus, regu-
larem in ecclesia sua Ca-
nonicorum obseruan-
tiam, cum nonnihil à
primæua institutione,
qua ibi diutissime flo-
ruerat deflexisset, ad
pristinum statum refor-
mauit. Cum autem To-
tilas Gothorù rex, post
multas Italię ciuitatib⁹
illatas clades, Romãq;
ipsam incēdio, ac euer-
sione sine vlllo penitus
habitatore relictã, Pe-
rusium quoq; pari sæui-
ens crudelitate deuenis-
set: ac post diuturnam
septem annorum obsi-
dionem, demum ciuita-
tem cœpisset: episco-

po Herculano detracta
prius à vertice ad talos
vsq; corrigia caput ob-
truncari, reliquum autē
populum, qui inuentus
fuisset, gladio perimi
mandauit. *Resp.* Desi-
derium animæ.

Lectio. vj.

Exercitus autē Præ-
fectus, tantam ex-
horrescens crudelita-
tem, obtruncato pri-
us episcopo, à mortui
corpore corrigiam de-
traxit, vt regijs man-
datis videretur obtem-
perasse: moxque cor-
pus extra muros proie-
cit: Canonicos vero gla-
dio interemit. Quod
quidam cū paruulo in-
fante, qui ibi fuerat ex-
tinctus, sepulturæ tra-
didit. Cum autē quadra-
gesimo post die, regis
permisso, qui præ fame
aufugerant ciues redijs-

sent: episcopi sui corpus diligentissime exquirétes, cum oblitum iam vermibus atq; consumptum pueruli corpus iuuenissent, episcopi corpus, ac si eadē hora sepultum esset, integrum, & quod mirabilius est, caput ita corpori vnitum, & tergus per omnia illāsum, ac si nulla interuenisset ferri incisio repererant, quod honorifice intra urbem deportantes, in Ecclesia beati Petri Apostoli sepelierāt. *Resp.* Stola iucunditatis.

In Tertio Nocturno.
*Legitur homil. in Euan-
 gel.*
Si quis venit ad me.
de coronis martiris.
Et. ix. lectio de homil.
feriæ.

COMMEMORATIO
 S.P. Augustini.

Officium sic ut

Die ⁴⁷ E
*In festo sancti Patricij
 Episcopi & confessoris
 Oratio.*

DEUS qui beatum Patritium Pontificem, sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propitius, vt qui commemorationis eius festa percolimus vitæ quoq; imitemur exempla. Per.

Deinde sic conueniæ
*In Primo Nocturno lecti-
 ones.*
Fidelis sermo,
De communi.

In Secundo Nocturno.
Lectio. iij.

Ex sermo lib. 2. pag. 55.

PATRITIUS, ex Britania magna insula, religiosissimis parentibus originem trahens, (fuit enim beati

Martini episcopi ex fo-
 rore nepos) Romam
 adolescens profectus:
 in Lateranensi ecclesia
 Canonorum Regula-
 rium, institutum ample-
 ctens: adeo ibidem, in
 pietate, sacrarum lite-
 rarū eruditione ac om-
 nium virtutum genere
 profecit: vt deliberāte Ce-
 lestino, Romanæ vrbis
 Pontifice, huius nomi-
 nis primo, vna cum sy-
 nodo: quis ad liberan-
 das, ab idololatria Hy-
 berniæ gentes (quæ ho-
 die Scotia dicitur) po-
 tissimum idoneus ha-
 beretur: omniū hæc fu-
 erit sententia: neminē
 ad id muneris aptiorem
 inueniri posse, quā Pa-
 tritium, exacte religio-
 nis ac sanctitatis virū,
 angelici præterea vul-
 tus cælesti sapientia
 præditum: ac virtutib⁹

coruscantem. *Re.* Inue-
 ni David.

Lectio. v.

Igitur statim eū Pon-
 tifex in totius Hyber-
 niæ metropolitanum,
 vna cum Germano ca-
 nonico Lateranense cō-
 secratum: adiunctis e-
 tiā fidelibus socijs, Axi-
 lio, ac Seruino, pariter
 Lateranensibus canoni-
 cis: data benedictione,
 ad sacrosanctum lega-
 tionis eiuscemodi mu-
 nus, destinavit. Qui cū
 in barbara, & idolis de-
 dita natione: parū ad-
 modum proficeret, vir-
 tutibus tamen & por-
 tentis diuinitus ostēsis,
 ac inuictæ præsertim
 virtute patiētia, & cha-
 ritatis, adeo profecit:
 vt aureæ demum vi elo-
 quentiæ, barbaras ad se
 trahens nationes, totā
 insulam ad Euangelicę

veritas lumen adduxerit. Cum autem Almogittus rex prædicantis verbū intentissime audiret, contigit vt prædicās de passione Christi vir Dei, miro cū ferore conuersus ad pendentem è ligno Crucifixum, cuspidē, quā manu tenebat, eius pedem vulneraret. *R.* Posui adiutorium.

Lectio sexta.

Quod rex ex industria ratus, eum facere, aliasque Christi fidem non posse se amplecti, nisi similia ipse quoque pro domino pateretur, paciēter admodum pertulit. Aduertēs autem vir Dei, simul & obstupescēs, & pedem cōtinuo sanauit, & hac ratione illuminatū, regem ad Christi veritatē adduxit, & sacro fonte

baptizauit. Cum itaque sexaginta annos in insula illa infatigabiliter verbum Dei prædicans egisset, numerisque clarus esset miraculis: nam & sexaginta fertur mortuos ad huc viuers suscitasse: mortem demū conscendens, vti alter Moses & Elias, totosque quadraginta dies & noctes ieiunās, multa fertur dominum pro insula illa & rogasse, & obtinuisse. Annum demū agēs centesimum vigesimum, suos ad Dei amorem plenius adhortatus, in pace obdormiuit. *R.* Ist est qui.

In tertio nocturno.

legitur homilia i Euāg.

Homo quidam de communi confess.

Et ix. Lectio de hom. ferix.

FESTA APRILIS.

Commemoratio S. P.

Augustini.

Omnia fiunt vt.

FESTA MAII.

Die 4. E.

*In secundis vesperis in-**uentionis sanctæ Crucis**die 3. Maij. fit com. san-**ctæ Monicæ An̄a.*

Veni Sponsa Christi ac-

cipe coronam quam ti-

bi dominus præparauit

in æternum Allel. Allel.

✠ Specie tua & pulchri-

tudine tua Allel. *Re* In-

tende, prospere, proce-

de & regna. Alleluia.

ORATIO.

EXaudi nos De⁹ salu-

taris n̄r, vt sicut de

bētę Monicæ festiuitate

gaudem⁹: ita pię deuoti-

onis erudiamur affectu.

Per. *Ad Matut. Inuitat.*

Laudemus Deū nostrū

✠ In confessione beatę

Monicæ. All. *ps.* Venite.*Hymnus.***H**Vius obtentu, Deus

alme nostris,

Parce iam culpis, vitia

remittens,

Quo tibi puri, resone-

mus alium.

Pectoris Hymnum.

Gloria Patri, genitæq;

proli:

Et tibi cōpar, vtriusq;

semper:

Spiritus alme, Deus vn⁹

omni:

Tēpore sæcli. Amē.

¶ *In primo Noct. An̄a.*

O quam pulchra es ca-

sta generatio cum clari-

tate. Allel. *Psal.***D**omine dominus no-ster. *Cœli* enarrant:**D**ominus est. ✠ Specie

tua & pulchritudine tua

Allel. *Re* Inter de prof-

pere, procede & regna

Alleluia.

De Epistol. Beati Pauli

Apost. ad Thimo. i. c. 5.

Lectio prima

V Iduas honora, que vere viduæ sunt.

Si qua autem vidua, filios aut nepotes habet: discant primum, domum suam regere: & mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem vere vidua est, & desolata: speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte, & die. Nam quæ in delicijs est: viuens mortua est.

Rei. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. * Quia concupiuit rex speciem tuam. Allel.

V. Specie tua & pulchritudine tua, intēde prospere procede, & regna. Quia concupiuit.

Lectio secunda

E T hoc præcipe, ut ir reprehensibiles sint. Si quis autem suorum, &

maxime domesticorum, curam non habet: fidem negavit, & est infideli deterior. Vidua eligatur, non minus sexaginta annorum quæ fuerit unius viri vxor: in operibus bonis testimonium habes. Si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit si omne opus bonum subsequuta est. **R.** Diffusa est gratia in labijs tuis. * Propterea benedixit te Deus in æternum. Allel. **V.** Specie tua & pulchritudine tua intēde prospere procede & regna. Propt.

Lectio. iiii.

A Doleſcētiores autē viduas deuita. Cū enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volūt: habentes damnationē, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul

autem & otiosæ, discunt circumire domos: non solum otiosæ sed & verbosæ, & curiosæ: loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere: filios procreare, matres familias esse: nullam occasio. è dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam, conuersæ sunt retro post Satanam. Si quis fideles habet viduas, subministret illis: vt non grauetur ecclesia: vt ijs, quæ veræ viduæ sunt, sufficiat. *R.* Specie tua. Et pulchritudine tua. Intende prospere procede & regna Allel. *V.* Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternū. Intende. *Gloria.* Intende. *In secūdo Nocturno.* *Añ.* Specie tua, & pul-

chritudine tua, intende prospere, procede & regna Alleluia. *Psal.* Eructauit Deus noster Magnus dominus. *V.* Adiuuabit eam Deus vultu suo Alleluia. *R.* Deus in medio eius non commouebitur. Alleluia.

Lectio quarta.

Ex venerabili Mapheo Vegio lib. de Laud. Beataz Monica.

Monica sobria, pudica, & in timore domini ab infantilibus annis, quam maximè fūdata: omniq; virtutum genere, mirifice exornata: vbi plene, facta est nubilis, nobili, sed non Christiano viro Patrio, tradita est in matrimonium. Qui cum esset ira præferendus, atque omnino ferocissimus, beneuolētia tamen præcipuus: ita nouit pru-

dēs,

dés, & pia vxor, illi conuersari, ac pie subijci: omninoq; illi nūquam resistere irato, vt nūquā omnino auditū fuerit: Patritiū vel vxorem cæcidisse: vel vllam inter eos domesticam fuisse, vnius diei dissensionem.

R. Propter veritatem, & māsuetudinem, & iustitiam. Et deducet te mirabiliter dextera tua Allel. **V.** Specietua, & pulchritudine tua: intē de prospere, procede: & regna. Et deducet.

Lectio quinta.

Quare castis adeo morib⁹, i li se pulchrā reddidit, ac reuerēter amabilē quin & admirabilem: vt assiduas pro eo, ad dominū fundens preces: illum de mum: sub extrema eius vitæ tempora, domino meruerit cōsiliare. Quo

vita functo, castam, & operibus misericordix intētam viduitatem agebat. In assiduis vero ad Deum orationibus, profilio Augustino, qui in Manichæorum sectā, inciderat: lacrymas effundebat. Quem etiam Mediolanum sequuta, frequenter hortabatur vt ad episcopū Ambrosium se conferret. Quod cum ille fecisset, eius, & publicis cōcionibus, & priuatis colloquijs: fidei veritatem edoctus, ab eodē est baptizatus. Cum annum ætatis suæ ageret trigessimū tertium. **R.** Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Propterea vnxit te Deus, Deustu⁹ oleo letitię alleluia. **V.** Propter veritatē, & māsuetudinē, & iustitiā. Propt. **Lectio sexta.**

Quimox in Africā reuertentes, cū ad ostia Tyberina constitissent: filioq; ipsa, post dulcissimā, amborū de æterna beatorū vita colloquutionem, ac suauissimā degustationē: nulla se re amplius in hac vita delectari, aut retineri dixisset, cum eum iam, nedum, vt concupierat, Christianum: sed, & domino toto corde inservientem, videret. Ecce paulo post in febrem incidit. Quo in morbo, cum eam, quodam die anima defecisset, vt se collegit. Vbi, inquit, eram? & astantes intuens, eam, potius in patria mori, desiderantes: ponite hic, inquit, corpus meum: nulla vos eius cura conturbet, tantum vos rogo, vt ad altare domini me

mineritis mei. Nono autem die, beata mulier, religiosissimam animā Deo reddidit. **R.** Fallax gratia, & vana est pulchritudo, * Mulier timens Deum ipsa laudabitur Alleluia. **V.** Date ei de fructu manuum suarum, & laudēt eam in portis opera eius. **Mulier.** **Gloria.** **Mulier,**

In tertio Noct. Añā.

Nigra sum sed formosa, filia Ierusalem: ideo dilexit me rex: & introduxit me in cubiculum suum Alleluia **Psalm.**

Cantate j. Dominus regnavit. **Cantate. ij.**

V. Elegit eam Deus & praelegit eam Allel.

R. In tabernaculo suo habitare facit eā. Allel. **Lectio sancti Euangelij secundū Lucam, c. 7.**

Lectio septima.

In illo tēpore: Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibāt cū illo discipuli eius & turba copiosa: Cum autē appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ, & reliqua.

homilia venerabilis.

*Maphei Vegij
laudensis.*

Legimus nuda & aperta, sancti Euangelij verba vidimus ploratis viduæ filium, à saluatore nostro Iesu, vitæ restitutum: vidimus, & tantū simul diuinæ potētis miraculū venerātes plurimum delectati sumus. Quod si tā dulcis nobis visus est, ipse sacrorum verborū cortex, quid putatis sentiem⁹, quid gustabimus ampli⁹, si etiā latentem, recōditumq;

eorum sensum, altiusq; mysterium introspicere: indagantesque, plenius haurire voluerim⁹?

R. Pulchra facie, sed pulchrior: fide es, beata Monica, respiciens mundum, letaberis cum Angelis. * Intercede pro omnibus nobis. Allel.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. Intercede.

Lectio. viij.

Nam cum omnes saluatoris nostri actiones, prætedant etiam figuram aliarum rerum mysticū quiddam semper continentes: hoc vero præsertim, Euangelij huius tam rarū, tamq; mirificū, atq; excellens factū: nō magna, sine ingētis cuiuspiā futuræ rei præfiguratione, conlumatum esse confiteri

debemus. Quid vero aptum & accommodatum magis, ne dicam præstas, & illustre, huic afferrique queat, quâ sanctissimæ Monicæ, cuius præsentem festum diem agimus, pium, dulce, ac omnibus consecrâdum literis monumentum? Legimus mortuum filium unicum, flentem matrem viduâ, Iesum misericordia motam suscitantem. **R.** Regnû mû di, & omnem ornatum sæculi cõtēpsit, propter amorē domini mei Iesu Christi. **V.** Quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. Alleluia. **V.** Eructavit cor meum verbum bonum. Dico ego opera mea regi. Quem. **G**loria Patri & Filio. Quem vidi.

Lectio noua.

Conuertamus huc aciem mentis nostræ, cõtēplemur tam insigne misterium. hic est enim ille vere mortuus filius, Augustinus inquam, qui Christo grauissime intensus: æternam nimirum animæ mortem obierat. Hæc est illa vere flens mater vidua: hæc illa pia mater Monica, quæ filium, veræ fidei aduersantem, Christoq; mortuû, diu atque amare desieuit. Hic ille idem suscitator Iesus, qui misericordia motus super eâ, dixit illi: nolle flere. Tu autē dñe. **Ad Laudes & per horas. Añã.** Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suauitatis allel. **Ps.** Lñs regnauit. **Cum reliq. de Dominica. Añã.** In odore vnguentorû tuorum

currimus: adoleſcentu-
æ dilexerunt te nimis
Allel. *Ana.* Iam hyems

trāſijt, imber abijs, & re-
ceſſit, Surge amica mea
& veni Allel. *Ana.* Veni

electa mea & ponam in
te thronū n̄eū Allel.

Ana. Iſtā eſt ſpecioſa in
ter filias Hieruſalē, All.

Capit. Proverb. 31.

Mulierem fortē quis in-
ueniet? procul & de vl-
timis finib⁹ preciū eius,
cōfidit in ea cor viri ſui
& ſpolijs nō indigebit.

Hymnus.

H Vius obtentu, Deus
alme noſtris,

Parce iam culpis, vitia
remittens,

Quo tibi puri, reſone-
mus almu,

Pectoris hymnum.

Gloria Patri, genitæq;
proli,

Et tibi cōpar, vtriuſq;
ſemper,

Spiritus alme, Deus v-
nus omni,

Tempore ſeculi. Amen.

Ŷ. Diffuſa eſt gratia in
labijs tuis. Alleluia.

R. Propterea benedi-
xit te Deus in eternum.

Allel. *Ad Bns. Ana.*

Simile eſt regnū cœlo-
rū, homini negociatori,

quærenti bonas marga-
ritas, inuēta autem vna

prætioſa, dedit omnia
ſua & cōparauit eam.

Alleluia, Alleluia.

Oratio. vti ſupra.

Ad iij. Ana. In odorem.

Capitulum Prou. 31.

Mulierem fortē. *R. bre-*
Specie tua & pulchritu-
dine tua Allel. Allel.

Ŷ. Intēde proſpere, pro-
cede, & regna Allel.

*G*loria Patri. Specie tua
Ŷ. Adiuuabit eum De⁹

vultu ſuo Allel. *R.* De⁹
in medio eius non cō-

mouebitur. Allel.

¶ Ad ixtam An̄.

Iam hyems transijt.

Capitulum. Prover. 31

Manū suam aperuit
inopi, & palmas su-
as extendit ad paupe-
rem, nō timebit domus
sua à frigoribus niuis.

R. bre. Adiuuabit eam
Deus vultu suo. Alleluia
allel. **ψ.** Deus in medio
ei⁹ nō cōmouebitur. All.
allel. Gloria. **A**diuuabit
eā. **ψ.** Elegit eā Deus, &
prælegit eam. Alleluia
R. In tabernaculo suo
habitare facit eā. Allel.

¶ Ad. ix. An̄. illa est
Capitulum. Prover. 31

Multæ filiæ congrega-
uerunt diuitias, tu
supgressa es vniuersas:
Fallax gratia & vana
pulchritudo, mulier ti-
mēs dñm, ipsa laudabi-
tur. **R. br.** Elegit eā de⁹
& prælegit eam. Alle.
Allel. **ψ.** In tabernaculo

suo habitare facit eam.
Allel. Gloria. Elegit eā.
ψ Diffusa est gratia in la-
bijs tuis, allel. **R.** Prop-
terea benedixit te Deus
in æternum. Allel.

¶ Ad ves. An̄. Dū esset
rex, cum reliq. de iaud.

Ps Dixit dñs. Laudate
pueri. Lætat⁹ sum. Nisi
dñs. **ψ.** lauda Hierusalé.

A cap. sit de cōuersione
S. August.

Die 5 F.

CONVERSIO

S. P. Augustini.

Capitulum, Eccles. 50.



ECCE sacerdos
magnus, qui in
vita sua sufful-
sit domū, & in

diebus suis cor obora-
uit templū: templi etiā
altitudo, ab ipso funda-
ta est duplex edificatio,
& excelsi parietes tēpli.

Hym

Hymnus

Magne Pater Au-
 gustine,
 Præces nostras suscipe,
 Et per eas conditori:
 Nos placere satage:
 Atq; rege gregē tuum,
 Summū decus præsulū.
A maiorē paupertatis
 Te collaudāt pauperes,
 Assertorem veritatis,
 Amant veri Iudices,
 Frangis nobis fauos
 mellis,
 De scripturis differens.
Quæ obscura pri⁹ erāt,
 Nobis plana faciens:
 Tu de verbis saluatoris,
 Dulcē panem conficis,
 Et propinas potū vitæ,
 De psalmodi nectare,
Tu de vita clericorum,
 Sanctam scribis regulā,
 Quam qui amant & se-
 quuntur:
 Viam tenent regiam,
 Atq; tuo sancto ductu
 Redeunt ad Patriam.

Regi regum salus vita,
 Decus & imperium:
 Trinitati la⁹ & honor:
 Sit per omne seculum,
 Qui concives nos ascri-
 bat:

Supernorū ciuiū. Amē.
V. Ora pro nobis beate
 Pater Augustine. Allel.
R. Ut digni efficiamur
 promiss. Christi. Allel.
¶ *Ad magnam vultus
 vespertis. Añā.*

Præsul sanctissimē Au-
 gustine, via morū, scrip-
 turæ secretum Doctor
 egregie, lux doctorum,
 vitæ nostræ decretum,
 rogamitissime: Christi
 nos adire secretū. Allel.

Oratio.

Deus qui vn̄uersam
 mūdū, beati Augu-
 stini confessoris tui atq;
 Pōtificis prædicatione
 docuisti, da nobis quæ-
 simus: vt qui eius hodie
 cōuersionē colimus, per

eius ad te exempla gradiamur. Per dominum.

Deinde fit com. iacobæ

Monica. An̄a. Veni sp̄o sa Christi. *ŷ.* Diffusa est gratia in labijs tuis. Alleluia. *R.* Propterea.

Oratio, vt iupra.

Ad Martin.

Inuitatorium. Magnus Dominus: & laudabilis valde, & sapientiæ eius nō est numerus. Qui d̄ tenebris gentiū lumē ecclesie sue vocavit Augustinū. *All. Ps.* Venite. *Hymn.* Magne pater.

In primo noct. An̄a.

Beat⁹ vir qui in lege Domini meditatur: voluntas eius permanet die ac nocte, & omnia quæcūq; faciet semper prosperabuntur. Alleluia.

Ps. Beatus vir. Quare fremuerunt. *L.* nē quid multiplicati sunt. *ŷ.*

Amavit eum Dominus,

& ornauit eum Allel.

R. Stola gloriæ induit eum. Alleluia.

Incepit Epistola beati Pauli Apost, ad Ro.

Lectio prima.

PAUL⁹ seru⁹ Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis s̄ctis de filio suo (qui factus est ei ex femine Dauid secundum carnem) qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorū, Iesu Christi Domini nostri, per quem accepimus gratiā & Apostolatam ad obediendum fidei, in omnibus gentibus, pronomine eius: in quibus estis & vos vocati Iesu Christi) Omnibus qui sunt

Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis: gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo. *R.* Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituâ.

Intra in gaudium Domini tui, alleluia. *ÿ.* Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum. Intra in gaudium.

Lectio Secunda.

Ex eadem epist. c. 7.

INuenio legem, volenti mihi facere bonum, quoniã mihi malũ adiacet. Cõdelector enim legi Dei secũdũ interiore hominẽ. Video autẽ aliã legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Infelix ego homo, quis

me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christũ Dominum nostrum.

R. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo; Ideo iure iurando fecit illũ Dominus crescere in plebẽ suam. Alleluia. *ÿ.* Benedictionẽ omnium gentium dedit illi, & testamentum suum cõfirmavit sup caput eius. Ideo.

Lectio Tertia.

NOx præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus: non in comestationibus: & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, non in cõtentione & æmulatione, sed induimini dominũ Iesum Christum, & car-

nis curá ne feceritis in desiderijs. *Re.* Iurauit Dominus, & non pœnitabit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisédech, alleluia. *V.* Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Tu es. *Gloria.* Tu es,

In. ij. nocturno, Añs.

Inuocantem exaudiuit Dominus sc̄tum suũ, Dominus exaudiuit eũ & constituit eũ in pace. *All. Ps.* Cum inuocarem. *V.* Verba mea. *T.* Domine dñs noster. *V.* Elegit eum dñs sacerdotem sibi. *Allel. Re.* Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Alleluia.

Lectio. iiii.

Augustinus, cum iam à Manichæorũ errore deferuescere cœpisset, annũ agens vigesimũ nonũ, Romã, vt ibi Rhetoricam edoceret:

ac non multo post, inde Mediolanũ, eadẽ de causa peruenit. Vbi cũ frequentissimis in Ecclesia Ambrosij Ep̄i sermonibus, atque disputationibus, suspensius admodum adsisteret: primo ex animo ei⁹ pulsa est omnino eiusmodi errorũ nebula: ita vt omnino, relinquẽdos decerneret esse Manicheos. Deinde & sensim atq; paulatim, in veritate catholica, ita cœpit erudiri atq; confirmari: vt sacrarum lectionũ, præsertim Diui Pauli Apostoli lectione quã maxime delectatus: cœperit maximas in ei⁹ lectione, diuini luminis sentire irradiationes.

Re. Inueni David seruum meum oleo sancto meo unxi eũ. Manus enim mea auxiliabitur ei. Alleluia. *V.* Nihil proficiet

inimicus in eo, & filius
iniquitatis nō nocebit
ei. Manus **Lectio v.**

Vnde Simplicita-
num adies, eiusq;
cohortatus collucatio-
ne, cum præsertim illi,
admirabilem Victorini
illi⁹ magni Rhetoris cō-
uersionem exposuisset:
audita & postmodū An-
tonij illius Ægyptij, mi-
rabiliū gestorū fama:
cum omnino rumpere
velle moras, & omnia
dirumpere eum retinē-
tia vincula decerneret:
Ecce oborta est, ingens
lacrymarum procella.
Vnde sub quadam, fici
arbore se prosternēs: la-
crimisq; habenas laxās,
dum amarissima cordis
contritione, seipsum p-
craftinātem, atq; ad Do-
minum omnino conuer-
tī tardātem, increparet:
vocem quasi de vicina

domo audire, cum can-
tu sæpe repetentem:

Tolle, lege, Tolle, lege,
Rei. Posui adiutorium
super potentē, & exal-
taui electum de plebe
mea. * Man⁹ enim mea
auxiliabitur ei, Allel.

ψ. Inueni David ser-
uum meum oleo sancto
meo, unxi eum. Manus.

Lectio vi.

Vnde represso la-
crymarum impe-
tu, nihil aliud interpre-
tas sibi diuinitus iuberi:
quam vt apertū statim
codicem legeret, ape-
ruit, & legit: induimini
Dominum Iesum Chri-
stum: & carnis curam ne
feceritis in desiderijs.
Et statim, quasi infusa
eius cordi securitatis lu-
ce, omnes ab eo dubieta-
tis tenebræ diffugerūt.
Vnde ad Dominum om-
nino conuersus, om-

niq; abiecta, vxoris, sæculi, rerum, honoris cupiditate, nudus nudum sequi, ac nudis amoris brachijs, illum amplecti, atque omnino inhærere, ex imo cordis fundo decreuit. Quare aduenientibus (quæ non lōge aberant) vir demialibus ferijs, cum Rethoricæ professioni renunciasset, rurique nonnullos menses in diuinis libris ac scriptationib⁹ mira cum diuini amoris sensione fuisset versatus: aduenientibus Paschæ solemnibus, ab episcopo Ambrosio, magna cū ecclesiæ exultatione, est baptizatus, cum annum ætatis suæ ageret trigessimum tertium.

R. Iste est, qui ante deū magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctina eius repleta est.

Ipsè intercedat pro peccatis omnium populorum, Alleluia. **V.** Iste est qui contempsit vitam mūdi, & peruenit ad cœlestia regna. Ipsè. **Gloria Patri, Ipsè inter.**

In. iij. noctur. Ant.

Domine iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo: operatus est iustitiam, requiescet in mōte sancto tuo. Alleluia.

Psal. Domine qui habitabit. Domine in virtute. Domini est terra.

V. Tu es sacerdos in æternum. Allel. **R.** Secundum ordinem Melchisedech, alleluia.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio. vij. cap. v.

In illo tempore: erāt appropinquantes ad Iesum, publicani, & peccatores, vt audirent illum. Et reliqua.

Homilia. S. Gregorij.

Papæ.

Lib. xl. Homilia 34

Considerandum nobis est fratres mei: cur Dominus plus de cõuersis peccatorib⁹, quã de astãtibus iustis í cœlo, gaudiũ esse fateatur. Vnde hoc? nisi quod ipsi per quotidianũ visionis experimentum nouimus, quia plerunque hi qui nullis se oppressos peccatorũ molibus sciunt, stant quidem in via iustitiæ, nulla illicita perpetrãt: sed tamẽ ad cœlestẽ patriam anxie non anhelant, tantoq; sibi in rebus licitis vsum præbent, quanto se ppetrasse nulla illicita meminerunt: & plerunque pigri remanent ad exercenda bona præcipua, quia valde sibi se

curi sunt, quod nulla cõmiserũt mala grauiora.

R. Amavit eum Dominus & ornauit eum stollam gloriæ induit eum.

• Et ad portas Paradisi coronauit eũ. Alleluia.

• Induit eum Domin⁹ lorica m fidei, & ornauit eum. Et ad portas.

Lectio viij.

AT contra renuntiam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti inardescunt in amorem Dei, se seq; in magnis virtutibus exercent: & cuncta difficilia sancti certaminis appetũt, omnia mũdi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis cõtumelijs lætantur, flagrant desiderio, ad cœlestem patriã anhelant. Et quia se errasse a Deo cõsiderant damna præ-

cedentia lucris sequen-
tibus recompēant. *℞.*

Sint lumbi vestri præ-
cincti, & lucernæ arden-
tes in manibus vestris.

Et vos similes homini-
bus expectātibus domi-
num suū: quando reuer-
tatur à nuptijs. Allel.

℣. Vigilate ergo, quia
nescitis qua hora Domi-
nus vester venturus sit.
Et vos. *Gloria.* Et vos.

LECTIO NONA.

MAius ergo de pec-
catore conuerso,
quam de stāte iusto gau-
dium fit in cælo: quia &
dux in prælio, pluseum
milite diligit, qui post
fugam reuersus, hostem
fortiter premit: quam
illū qui nunquam terga
præbuit: & nunquā ali-
quid fortiter gessit. Sic
agricola, illam amplius
terram amat, quæ post
spinas vberes fruges p-

fert: quam eam, quæ nū
quam spinas habuit: &
nunquam fertilem mes-
sem producit. Tu autem

*Ad Laudes, & per ho-
ras. Añā.* Ecce sacerdos

magnus, qui in diebus
suis placuit Deo, & inuē-
tus est iustus. Allel. *℞.*

*Dñs regnavit, cum re-
liquis de Dominica. Añ.*

Non est inuentus similis
illi, qui conseruaret le-
gem excelsi. Alleluia.

Añā. Ideo iureiurando
fecit illū Dominus cres-
cere in plebē suā. Allel.

Añā. Sacerdotes Dei be-
nedicite dominum, ser-
ui Domini hymnum di-
cite Deo. Alleluia. *Añā.*

Serue bone & fidelis in-
tra in gaudium Domini
tui. Alleluia. *Capitulū.*

Ecce sacerdos. *Vt in
vesperis. Hymnus.*

COELI ciues applau-
dite.

Et vos fratres concinite
Patris nostri solennia,
Solis reduxit orbita.

Hinc ergo psalmi reso-
nent:

Hinc lectiões cōcrepēt,
& hymnorū dulcisona,
Multiplicētur cantica.

Quod lingua foris per-
sonat,

Intus affectus sentiat,
Nec imitari pigeat,
Quod laudare mens ap-
probat.

Hunc post mundi curri-
cula

Cœli suscepit curia,
Quem cū suis fidelibus,
Iam salutauit Domin⁹,

Conemur totis viribus,
Iungamus p̄ces precib⁹
Vt Augustini meritis,
Cœli fruamur gaudijs.

Præsta pater pijsime.

Ÿ Ora pro nobis beate
Pater Augustine. Allel.

R. Vt digni efficiamur
p̄miss. Christi. Allel.

¶ Ad benedictus. Ana.

Canon vitæ Canonice,
Lucerna nostris pedib⁹
Roga Christum pro fa-
mulis, vt nostris adsit
mentibus, & in æterna
requie suis iūgat agmini-
bus. All. **Oratio vt sup.**

¶ Ad. iij. Ana. Non est
inuentus. **Capitulum.**

Ecce sacerdos magnus,
qui in vita sua. **R. br.**
Amavit eum Dominus,
& ornauit eū. Alleluia.
Alleluia. **Ÿ.** Stola glo-
riæ induit eum. Allel.

Gloria. Amavit. **Ÿ.** Ele-
git eum Dñs sacerdotē
tibi, alle. **R.** Ad sacrificā
dū ei hostiā laudis. Alle.

¶ Ad. vj. an. Ideo iure iu-
rādo. **Capit. Eccles. 50.**

In diebus ipsius emana-
uerūt putei aquarū, &
quasi mare adimpleti sunt
supra modum, qui cura-
uit gentē suam, & libera-
uit eam à perditione.

R. bre. Elegit eum do-
minus sacerdotē sibi *
Allel. Allel. *ψ.* Ad sacri-
ficādum ei hostiam lau-
dis. Allel. *Gloria.* Ele-
git eum. *ψ.* Tu es Sacer-
dos in æternum. Allel.

R. Secundum ordinem
Melchisedech. Allel.

¶ Ad. ix. An. Serue bone.

Capit. Eccles. 50.

Quasi stella matu-
rina in medio ne-
bulæ, & quasi luna plena
in diebus suis lucet: &
quasi sol refulgēs, sic iste
refulsit in templo Dei.

R. ore. Tu es sacerdos
in æternum. * All. All.

ψ. Secundum ordinem
Melchisedech. Alleluia.

Gloria. Tues. ψ. Iustū
deduxit dñs per vias re-
ctas. Allel. *R.* Et ostē-
dit illi regnum Dei.

Alleluia. *¶ Ad vesp. An.*
Ecce sacerdos magnus.
¶ cum reliq. de laud. Psal.

*Dixit dominus. Cor. fi-
tebor. Beatus vir. Lau-
date pueri. Memento
domine.*

*A Capit. fit de S. Ioāne.
vt in Breuiario.*

*Deinde pro S. August.
Ana. Vers. & Oratio vt
in primis vespis.*

Die 16. C

SANCTI VBALDI
Epi sc. & Confess.

Oratio.

DA quæsumus om-
nipotens Deus,
vt beati Vbal-
di confessoris tui atq; Pō-
tificis, veneranda solē-
nitas, & deuotionē no-
bis augeat, & salutem.
Per Dñm nostrum.

*¶ In primo noct. lectio-
nes de script. occurr.*

*¶ In secundo Noctur.
Lectio. iiii.*

Ex Catal. sanct. li. 5. c. 5.

Vbal-

V Baldus Eugubij, nobili loco nat⁹, in Ecclesia sancti Secūdi, prope ciuitatem clericus factus: cum eam ex proprio patrimonio, & ædificijs colapsam restituisset: & redditibus locupletasset, ex seculari etiam, ad regularem redegit obseruantiam. Rauennam siquidē, ad nobile, ac religiosum canonicorum regulariū sanctæ Mariæ in Portu, collegium profectus: ibiq; tres menses cōmoratus, cū ordinis eius & regulam, & institutiones, diligentissime didicisset, easque in scriptis redactas ad clericos suos detulisset: vna cum tribus tantummodo (reliquis abeuntibus, quod arcta nimis regula, videretur) regularem ibi obseruantiam instaurauit. Cum

autem Perusij Episcopus esset electus, ad eremum fugiens, tandiu ibi latuit, donec alter subrogaretur. Alibi etiam Episcopus electus, pedestris Romam adiit, ac instantia multa, ab Honorio secundo, resignationem obtinuit.

R. Inueni David. 23.

Lectio v.

C Vm autem Eugubij defunctus esset Episcopus, dissentientibus in electione ciuibus, & aliquem de Romana curia a Summo Pontifice petentibus: Pontifex ipse diuinitus inspiratus, neminem illis, nisi Vbaldum ciuem Episcopum concessit. Qui cum tanto oneri, nequaquam se parem, obnixè affereret: obediētia tamen victus humiliter acquieuit. Quo

FESTA MAIL.

in munere, cū omni virtutum genere, tum vero tanta enituit patientiæ virtute, vt cum quidam eum, opus in episcopalis vineæ damnum, & iniuriā humiliter fieri prohibentem, cum iniuria repulsum in cementum coniecisset: patientissimè tamen id ferens, volentes etiam omnino ciues, & affines, talem vicisci iniuriā, haud quam permiserit. Qui etiam miraculis ita clarus extitit, vt inter cetera: Federici impatoris furorem aduersus Eugubinos, è lecto, licet ægrotus, exurgēs: primo statim occurso, omnino placauerit: & obsessam à federatis ciuitatibus patriā, edito Crucis signo, statim liberauerit. **✠**

Posui adiutorium. 24.

Lectio. vi.

I Am vero senex, & abstinentijs, laboribusque fatigatus, in morbum incidit valde cruciabilem. Minutissimis nanq; vlceribus, ex quibus infinita defluebat sanies, totum eius corpus oppletum, dirissimis torquebatur doloribus. Quos nedum patienter, sed & sine intermissione Deum laudās: à Quadragesima, vsque ad Domini Resurrectionem, perferebat. Quo die, ciuibus eum rogantibus, vt Missarum solennia celebraret, cum id minime se posse responderet: accedens & ciuitatis Rector, cum obnixissime eum rogasset: precibus demum victus: nullo prorsus humano fultus auxilio, ilico é strato exiliens, & Missam solennem cele-

brauit, & prolixū vsq;
ad mediam diem, po-
pulo suo sermonem, vi
cetestamenti, habuit.
Quo facto ad lectum re-
diens, febrium rigore
acerrime concussus: fe-
ria demum Pentecostes
secunda, orans & psal-
lens, ad Dominum mi-
grauit. Cuius corpus vs-
que in præsentem diem
integrum, & incorrup-
tum manet: miraculis
clarū præsertim ad dæ-
mones effugandos.

Ex. Iste est qui. 24.

In tertio Nocturno.
Homil. in Euangelium,
Homo quidam, de com-
muni confessorum.

Die 20. G.

Sancti Iuonis Episcopi
& confessoris.
Oratio.

DA quæsumus omni
potēs Deus, v t bea-
ti Iuonis confessoris tui
atque Pontificis venerā-
da solennitas & deu-
tionem nobis augeat &
salutem. Per Dominū.

In primo Nocturno le-
guntur lectiones de scri-
ptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Lectio. iiii.

De scriptor. Eccles.

fo. 79. fa. 1.

IVo Beluacensis præ-
positus, & postea Car-
notensis Episcopus: sub
tempora Gregorij sep-
timi, Canonicum Ord-
nem in Beluacensi eccle-
sia mirabili feruore in-
staurauit, atque pro-
pagauit. Fuit is vir Ca-
nonum interpres sub-
tilissimus, & in Diuinis
scripturis exercitatissi-
mus. Vnde & patrum
Decreta in vnum volu-

men redegit: quod decretum Iuonis appellatur. Is dñse ita testatur in Epistola ad Manasē Remorum Archiepiscopum, quam crebris luporū incursionibus aggravata sit Beluacēsis ecclesia, nō est necessarium, vestram docere prudentiam. Sed quia ecclesia illa, in Christo me genuit, & fundamenta religionis in me posuit: cū illa infirmatur, non possum nō infirmari: & alibi, Canonicos suos in Beluacensi ecclesia, ita charitatis viscerib⁹ adhortatur. Præsens animo, corpore vero absens, exopto, & exhortor, ut pacē lectemini, & sancti moniam. hæc vouistis, hæc debetis, hæc exhibeatis magis. Per hæc bono odore diffuso, qui hæctenus à vobis proces-

fit, & facultates ecclesie vestre multiplicabitis: & cūcti de virtute in virtutem, vt filij pacis, in pace in idipsum dormietis. *℞ Inueni Dauid 23. Lectio quinta. Sermo S. Maximi Ep̄i. Homil. 2. de Natali S. Eusebij Vercellēsis ep̄i.*

AD sancti, ac beatissimi Patris nostri Iuonis, cuius hodie festa celebramus, laudes addidisse aliquid decerpisse est: siquidem virtutum eius gratia, non sermonibus exponenda est, sed operibus cōprobanda. Cum enim dicat scriptura diuina: gloria Patris est filius sapiens: quantæ huius sunt gloriæ, qui tantorum filiorum sapientia, & deuotione lætatur. In Christo enim Iesu, per Euangelium ipse nos genuit.

R. Posui adiutoriū. 24.

Lectio. vj.

Quid quid igitur in sancta plebe hac, potest esse virtutis & gratiæ de hoc quasi de quodam lucidissimo fonte omnium riuulorū, hæc puritas emanauit. Etenim quia castitatis pollebat vigore, quia abstinentiæ gloriabatur angustijs, quia blandimentis erat præditus lenitatis, omnium ciuium, in Deum, prouocauit affectum: quia pōtificis administratione fulgebat, plures ē discipulis reliquit sui sacerdotij successores. *R.* Iste est. 24.

In tertio Nocturno, homilia in Euangelium Homo quidam: de Cōi. In Vesperis pro sancto Martio. Añā.

Iste sanctus. *R.* Gloria

& honore.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotēs Deus: vt qui beati Mantij martyris tui, natalitia colimus, intercessione ei⁹ in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

FESTA I VNII.

Die 15 E.

Sancti Bernardi cōfess

Oratio.

Deus qui nos beati Bernardi confessoris tui annua solēnitatelætificas: concede propitius vt cuius natalitia colim⁹, etiam actiones imitemur. Per dñm. *¶ Deinde promittitō Bablio. Añā. O doctor optime. ¶ Iustum deduxit.* *Oratio.*

Exaudi quæsum⁹ Domine pces nostras, quas in beati Basilij cōfessoris tui, atque Ponti

ficis, solennitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius in tercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis.

Postea p̄ sanctis Mart. Vito, Modesto & Crescentia. Añā. Istoru est enim. V̄. Lætamini in dño. Et in laud. Añā. Vestri capilli. V̄. Exultabunt.

Oratio.

DA Ecclesiæ tuæ, quæ sumus domine sanctis tuis Vito, Modesto, atq; Crescentia intercedentibus, superbe non sapere, sed tibi placita humilitate proficere: vt proterua despiciēs, quæcunq; matura sunt, libera exerceat charitate. Per dominum.

In primo Nocturno leguntur lectiones descript. occur.

In secundo Nocturn. Lectio iij.

Bernardus ex Augusta prætoria nobilibus parentibus originem trahēs: adolescens, diui Augustini Canonorum Regulariū institutum, in eadē ciuitate in diui Vrsi ecclesia, est amplexus. Quo in loco, humiliter, patienter, ac sūma cū charitate sese habēs, sacrarum etiam scripturarum lectioni, atq; meditationi indefinētē inuigilans: totūq; diuinæ contemplationi se tradēs adeo profecit, vt ab omib⁹ dignus iudicaretur, qui plurimorū promouendæ salutis, ad prædicationis sacræ mun⁹ destinaretur. Quare iniuncto sibi oneri satisfacere cupiens: tanta cū spiritus efficacia, ac scienciæ profunditate,

prædicationi cœpit in-
 sistere: vt omnes in eo
 mirarétur, cum sensuū
 profunditatē, tum vero
 inhabitantis in eo san-
 cti spiritus virtutē, qua
 miro discretionis pōde-
 re, verba sua librās, ac p-
 pendēs, cūctis vti opus
 erat, suū applicabat ser-
 monē: iam terrens, iam
 letificās, iam consolans,
 iam deijciens, auarolq;
 præcipue, ac concubina-
 rios, crudeles, ac simoni-
 acos acerrime increpās:
 in omni doctrina, & pa-
 tiētia, ad dominum stu-
 debat conuertere. *Rz.*
 Iste est qui ante Deū. 24

Lectio v.

Laborantem autem
 indefesse, & per vi-
 cos & castella circū qua
 q; discurrentem, tanta
 dominus perfudit gra-
 tia, vt, nedum innume-
 rabiles ad Deum cōuer-

teret animas: sed & dæ-
 monibus ipsis esset for-
 midabilis: atq; omnino
 imperaret. Præ cæteris
 autē dum in monte Io-
 uis, dæmonum innume-
 rabilem turbam reperis-
 set, infinita incolis dam-
 na inferentium: ac præ-
 cæteris vnum, miserabi-
 liter transeuntes vexā-
 tem: edocto prius popu-
 lo, vti, ob eorum peccata,
 huiuscemodi Deus
 flagella permetteret: cū
 eos ad pœnitentiam re-
 duxisset, ad locum acce-
 dens, terribili occurren-
 tem aspectu dæmonē,
 in nomine domini Iesu
 Christi adiurans, vti ca-
 tulū illico ligauit, & ad
 desertum locum ducēs:
 ne omnino cuiquam no-
 ceret, in nomine san-
 ctissimæ Trinitatis præ-
 cepit. Alia etiam plu-
 rima perpetravit mi-

FESTA IUNII

racula, inter que, & mortuos tres ad vitam reuocauit. *R.* Amavit eum. 7.

Lectio vj.

Quidem Nouariam rediens, in cœnobio sancti Laurentij ordinis eiusdem, per benigne susceptus: in febrem incidit: qua per septem hebdomadas acerrime correptus, non tamen interim, à diuinis colloquijs & oratione cessabat: sacrosanctumq; domini corpus, quotidie cōfessione premissa, deuotissime sumebat. Sicq; ad extremam horam veniens, omnibus pacem relinquens, & ipse in pace in domino obdormiuit. Quem innumera subsequuta sunt miracula. Cu-

ius caput postea, tempore procedente, in mortem Iouis est translatum: corpus autem in ipsa sancti Laurentij ecclesia, requiescit. Floruit autem vir sanctus, Gregorio septimo Pontifice, & Henrico tertio Imperatore, anno salutis nostræ millesimo septuagesimo quarto. *R.* Iste homo. 8.

In tertio Nocturno.

Homilia super Euangelium. Sint lumbi vestri. Ut in festo sancti Incontionij. 8.

Nona Lectio de SS. Martyribus Vito. & cæteris.

Commemoratio S. Patris Augustini.

Officium in vt.



In tertia Dominica huius Mensis fit officium Angeli Custodis Regni ciuitatis, aut loci.

IN FESTO ANGELI CUSTODIS.

Ad vesperas. *Ana.*

Angelum virtutis suæ, emisit Dñs ex syon, qui liberauit ciuitatem nostram, de medio inimicorum suorum.

Psalmus.

Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.

Virgâ virtutis tuæ emittet Dñs ex syon, dominare in medio inimicorum tuorum.

Iecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum, ex

utero ante luciferum genui te.

Iurauit Dñs, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Dñs a dextris tuis, confrigit in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationibus implebit ruinas, cõquassabit capita in terra multorum.

De torréte in via bibet: propterea exaltabit caput. *An.* Angeli virtutis suæ, emisit Dominus ex Syon, qui liberauit ciuitatem nostram, de medio inimicorum suorum.

Ana. Ecce nō dormitabit neq; dormiet Angelus

lus, qui custodit ciuitatem istā: quoniam ipse est protectio super manum dexteram nostrā.

Psalmus.

Leuauit oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a dño: qui fecit cœlū, & terrā.

Non det in cōmotionē pedem tuum: neq; dormitet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israel.

Dñs custodit te, dñs protectio tua: super manū dexteram tuam.

Per diē sol non vret te: neq; luna per noctem.

Dñs custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

omnis custodiat introitum tuum, & exitū tuum: ex hoc nunc, & vsque in seculum.

Añā. Ecce non dormitabit neq; dormiet Angelus qui custodit ciuitatē istam: quoniā ipse est protectio super manum dexterā nostram.

Añā. Nisi Angelus dñs custodierit ciuitatē nostram, in vanum laborauerunt, qui custodiunt eam.

Psalmus.

Nisi dñs ædificauerit domū: in vanū laborauerūt qui ædificāt eam.

Nisi dñs custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ardeat luxem surgere: surgite postquam sederitis: cum māducaueritis panē dolo.

Cū dederit dilectis suis somnum: ecce hæc est virtus domini: filij mercedem fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu tētis: ita filij excussor.

Beatus vir, qui imple

desideriū suum ex ipsis:
nō cōfundetur, cū loque
tur inimicis suis i porta.

Añā. Nisi Angel⁹ dñi cu-
stodierit ciuitatē nostrā
in vanum laborauerūt,
qui custodiunt eam.

Añā. In cōspectu Ange-
lorum psallam tibi Deus
meus, vt per eorum cu-
stodiam: super iram ini-
micorum meorum, ex-
tendas, & saluum me fa-
ciat dextera tua. **Psal.**

Confitebor tibi dñe
in toto corde meo:
quoniam audisti verba
orismei.

In cōspectu Angelorum
psallā tibi: adorabo ad
tēplum sanctum tuū, &
eorum fitebor nomini tuo.

Super mīa tua, & veritate
tua: quoniam magnifica
sti super omne nomen
sanctum tuum.

In quacunq; die inuoca-
uero te, exaudi me mul-

tiplicabis i anima mea
virtutem.

Confiteantur tibi dñe
omnes reges terræ: quia
audierunt omnia verba
oris tui.

Et cātēt in vijs dñi: quo-
niā magna ē gloriā dñi.

Quoniam excelsus dñs,
& humilia respicit: & al-
ta à longe cognoscit.

Si ambulauero in me-
dio tribulationis, viuifi-
cabis me: & super iram
inimicorū meorū extē-
disti manū tuam: & sal-
uū me fecit dextera tua.

Dñs retribuet pro me:
dñe misericordia tua in
seculū: opera manū tu-
arum ne despicias.

Añā. In cōspectu Ange-
lorum psallā tibi Deus
meus, vt per eorū custo-
diā: super irā inimicorū
meorū extēdas, & saluū
me faciat dextera tua.

Añā. Cōfortauit domin⁹

feras portarū ciuitatis
suæ, & posuit angelū ad
pacem & custodiam in
finibus eius. *Psalms.*

Lauda Hierusalē Do
minum: lauda Deū
tuum Syon.

Quoniam confortauit
feras portarum tuarum:
bñdixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pa
cem: & adipe frumenti
fatiat te.

Qui emittit eloquium
suū terræ: velociter cur
rit sermo eius.

Qui dat niuem sicut la
nam: nebulam sicut ci
nerem spargit.

Mittit crysallum suū
sicut buccellas, ante fa
ciē frigoris eius quis su
stinebit?

Emittet verbum suū,
& liquefaciet ea: fiabit
spūs eius, & fluēt aquæ

Qui annunciat verbum
suū Iacob: iustitias, &

iudicia sua Israel.

Non fecit: taliter omni
nationi: & iudicia sua
non manifestauit eis.

Ant. Confortauit Dñs
feras portarum ciuita
tis suæ, & posuit angelū
ad pacem & custodiam
in finibus eius.

Capitulum Esaiæ. 37.

Hæc dicit Dominus
de Rege Assyriorū,
nō ingredietur urbem
hanc, nec mittet in eam
sagittā: nec occupabit
eam clypeus, nec circum
dabit eam munitio.

Hymnus.

Pange lingua gloriosi,
Præliū certaminis,
Principisq; generosi,
Gladium curaminis,
Quo succūbunt vitiosi
Sectatores dæmonis.

Nobis datus est à Deo,
Præsul sacer Angelus,
Vt prostretur diuis leo,
Et saluetur populus,

Dimittuntur noxę reo,
Ducis nostri precibus.

In suprema cęli sphaera,
Et polorum culmine,
Aperitur ei fera,
Ut petat pro homine,
Et asportet nobis plura
Bona pro iuamine,
Verbū caronobis præstat,

Angeli custodiam,
Ut si morbus nos in festat,
Tollat pestilentiam,
Siquid urbem hanc molestat,
Donet patientiam.

Tantum ergo adiutorē,
Veneremur laudibus,
Frequentemus protectorem,
Annis carminibus,
Ut placemus redēptorē
pro nostris criminibus.

Genitori genitoque,
Laus & iubilatio,
Salus honor virt⁹ quoq:
Sit & benedictio,

Procedenti ab utroq;
Compar sit laudatio.
Amen. **V.** Angelis suis
mandauit de te.

R. Ut custodiant te in
omnibus vijs tuis.

¶ Ad Magnificat Añā.
Sup muros tuos Hieru-
salem posuit custodes,
qui die ac nocte non ces-
sant magnificare no-
men domini. Quia fecit
magna qui potens est, &
sanctum nomen eius.

ORATIO

OMnipotēs sem iter-
ne Deus, qui Angeli-
cam custodiā, homini
& hominū Regnis, pro-
uincijs, & ciuitatibus cō-
tulisti, cōcede propiti⁹:
ut nostri Regni, & ciui-
tatis præsul & custos An-
gelus tuus sanct⁹, ipsum
totum Regnum ab instā-
tibus periculis corporis
& animæ, & futuris ad-
uersitatibus protegat &

defendat. Per dñm.
 Et fit cōmemoratio do
 minicæ tantum.

Ad Matut. Inuitatoriū.

Venite adoremus Sal
 uatorem omniū. Qui
 nobis ad custodiam de
 putauit Angelum.

Psal. Venite. Hymnus.

S Aeris solennijs,
 Iuncta sint gaudia,
 Hymnis Angelicis,
 Sonent præconia,
 Cantet ecclesia,
 Inclita gaudia
 Cōcordet oīs anima.

N octis recolitur,
 Ducatus populi,
 Ægyptus cæditur,
 Per manum Angeli
 Mare diuiditur,
 Transeunt singuli
 Tyro vndis imergitur.

P ost agni sanguinem,
 Quo limen tingitur,
 Tollit esuriem,
 Manna quod traditur,
 Columna ducitur,

Pellens formidinem
 Hæper custodē agitur

D edit fragilibus,
 Ducem fortissimum,
 Dedit & tristibus.
 Micantem Angelum,
 Dicens aspiciate,
 Vestrum consortium,
 Omnes ex hoc cōfidite.

S ic sacrificium,
 Vestrum transmittite,
 Per meum nuncium,
 Et sibi credite,
 Mente conscendite,
 Cælum empyreum,
 Vbi corde quiescite.

P anis Angelicus,
 Datur de superis,
 Et milles cælitus,
 Fit comes hominis,
 Princeps cherubicus,
 Manet in infinis,
 Regens Præsul auten
 ticus.

T e trina Deitas,
 Vnaq; poscimus,
 Sic tu nos visita,
 Sicut te colimus,

Pertuas semitas,
Duc nos quo tēdimus,
Ad lucem quam inhabi-
tas. Amen.

In primo Noct. Añā.
Dirige domine per An-
gelum tuum viam no-
strā, & scuto fortitudi-
nistuæ, protege seruos
tuos. **Psalmus.**

Verba mea auribus
percipe domine: in-
tellige clamorem meū.

Intēde voci orōis meę:
rex meus: & Deus meus.

Quoniam ad te orabo do-
mine: mane exaudies vo-
cem meam.

Mane astabo tibi, & vi-
debo: quoniam non De⁹
volens iniquitatē tuas.

Neque habitabit iuxta
te, malignus: neque per-
manebunt iniusti, ante
oculos tuos.

O.disti oēs, qui operan-
tur iniquitatē: p̄des oēs,
qui loquūtur mēdaciū.

Virum sanguinū, & do-
losū abominabitur dñs:
ego autem, in multitudi-
ne misericordiæ tuæ.

Introibo in domū tuā: a-
dorabo ad tēplū sanctū
tuum in timore tuo.

Dñe deduc me in iusti-
tia tua p̄pter inimicos
meos: dirige in conspe-
ctū tuo viam meam.

Quoniam nō est in ore
eorum veritas: cor eo-
rum vanum est.

Sepulchrum patens est
guttur eorū: linguis suis
dolosē agebant iudica
illos Deus.

Decidāt ā cogitatiōni-
bus suis, secūdum multi-
tudinē impietatū eorū
expelle eos quoniam ir-
ritauerūt te domine.

Et letēturoēs, qui sperāt
in te: in eternum exulta-
būt, & habitabis in eis.

Et gloriabūtur in te om-
nes, qui diligunt nomen

tuum: quoniã tu benedices iusto.

Domine, vt scuto bonę voluntatis tuę: coronasti nos. **Gloria. Añã.**

Virgedomine per Angelũ tuum viam nostrã, & scuto fortitudinis tuę protege seruos tuos.

Añã. Minuisti domine hominem, paulominus ab Angelis sed eorũ custodia visitasti eum: & in periculis multis memor eius fuisti.

Psalmus.

Domine dñs noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificentia tua: super cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium, perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam, & stellas, quę tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius: aut fili⁹ hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis: gloria, & honore, coronasti eũ: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boves vniuersas: insuper & pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris: qui perambulãt semitas maris.

Dñe dñs noster: quã admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra. **Glo.**

Añã. Minuisti domine hominem, paulominus ab Angelis: sed eorũ custodia visitasti eum: &

in periculis multis me-
more eius fuisti.

Ana. Tu domine serua-
bis & custodies nos per
Angelum tuum, ab om-
ni praua generatione,
quia in circuitu nostro,
impij ambulat inimici.

Psalmus.

Saluum me fac domi-
ne: quoniam defecit
sanctus, quoniam dimi-
nute sunt veritates à fi-
lijs hominum.

Vana locuti sunt vnus-
quisq; ad proximū suū:
labia dolosa in corde &
corde locuti sunt.

Disperdat dñs vniuersa
labia dolosa: & linguam
magniloquam.

Qui dixerunt linguā no-
stram magnificabimus:
labia nostra à nobis sūt,
quis noster dñs est?

Propter miseriam inopū
& gemitū pauperū: nūc
exurgā dicit dominus.

Ponam in salutari: fidu-
cialiter agam in eo.

Eloquia dñi, eloquia
casta: argentum igne e-
xaminatum: probatum
terræ, purgatum septu-
plum.

Tu dñe seruabis nos, &
custodies nos: à genera-
tione hac in æternum.

In circuitu impijambu-
lant: secundum altitu-
dinem tuā multiplicasti
filios hominū. **Gloria.**

Ana. Tu domine serua-
bis & custodies nos per
Angelū tuum, ab omni
praua generatione, quia
in circuitu nostro, impij
ambulant inimici.

V. Angelis suis man-
dauit de te. **R.** Vt
custodiant te in omni-
bus vijs tuis.

**Lectiones leguntur de
dominica tertia Iulij.**

Primum R. Angelis
suis Deus mandauit de

te. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis. *V.* In manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Vt custodiant.

Secūd. R. Immittet Angelum suū dominus, in circuitu timentium eū.

Et de omnibus tribulationibus suis eripiet eos. *V.* Clamauerunt iusti & Dominus exaudiuit eos & misit Angelū suum. Et de omnib⁹.

Tert. R. Super muros tuos Hierusalē posui custodes. Qui tota die ac nocte non cessabūt laudare nomē Dñi. *V.* Predicabunt populis fortitudinem meā, & annuntiabunt gentibus gloriā meā. Qui tota die. Gloria Patri. Qui tota die.

In secūdo Noct. Añā

Custodi nos domine vt pupillā oculi, sub vm

bra alarum tuarum protegenos.

Psalmus

EXaudi domine iustitiam meam: intēde deprecationem meam.

Auribus percipe orationem meam: non in labijs dolosis.

De vultu tuo iudicium meū prodeat, oculi tui videant equitates.

Probasti cor meū, & visitasti nocte: igne me examinasti: & non est inuenta in me iniquitas.

Vt non loquatur os meum opera hominū: propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras.

Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.

Ego clamaui quoniam exaudisti me Deus: inclina aurē tuam mihi: & exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te.

A resistentibus dextere tuæ custodi me: vt pupillam oculi.

Sub vmbra alarum tuarum protege me: à facie impiorū, qui me affixerunt.

Inimici mei animam meam circūdederunt: adipem suum conclusērunt: os eorum locutum est superbiam.

Proiciētes me nūc circūdederunt me: oculos suos statuerūt declinare in terram.

Susciperunt me, sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge domine, preueni eū, & supplāta eum: eripe animam meā ab impio: frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de abicōditis tuis adimpletus est vëter eorum.

Saturati sunt filijs: & dimiserūt reliquias suas paruulis suis.

Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor, cum appa-ruerit gloria tua. **G**loria Patri.

Añā. Custodi nos domine vt pupillā oculi, sub vmbra alarum tuarum protege nos.

Añā. Mitte nobis domine, auxilium Angelicū. de sancto & de Syon tuere ciuitatē nostram.

Psalmus.

Exaudiat te domin⁹ in die tribulationis protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi auxiliū de sancto: & de Siō tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustū tuū pingue fiat.

Ribuat tibi secundum cor tuū: & omne consilium tuum confirmet.

Lætabor in salutarī tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat dominus omnes petitiones tuas: nūc cognoui, quoniam saluū fecit dominus, Christum suum.

Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potētibus salus dexteræ eius.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine domini Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderūt: nos autē surreximus, & erecti sumus.

Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Gloria Patri.

Añā Mitte nobis domine, auxiliū Angelicū, de sancto & de syon tuere ciuitatem nostram.

Añā. Qui tribulant nos inimici nostri, infirmati sunt & ceciderunt, quia dominus protexit nos per Angelum suum, in abscondito tabernaculi sui. **Psalmus.**

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo.

Dominus protector vitæ meæ: a quo trepidabo?

Dum appropriāt super me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sūt, & ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego

sperabo

sperabo.

Vnam petijà domino,
hanc requiram: vt inha-
bitem in domo domini,
oibus diebus vitæ meæ.

Vt videam volûtatem
domini, & visitem tem-
plum eius.

Quoniam abscondit me
in tabernaculo suo: in
diemalorû protexit me
in abscondito taberna-
culi sui.

In petra exaltauit me:
& nunc exaltauit caput
meum super inimicos
meos.

Circuiui, & immolauim
tabernaculo eius hostiã
vociferationis: cãtabo,
& psalmũ dicam dño.

Exaudi domine vocem
meam, qua clamaui ad
te: miserere mei, & exau-
di me.

Tibi dixit cor meũ, ex-
quisiuit te facies mea: fa-
ciẽ tuã dñe requiram.

Ne auertas faciẽ tuam
à me: & ne declines in
ira a seruo tuo.

Adiutor meus esto, ne
derelinquas me: neque
despicias me Deus salu-
taris meus.

Quoniam pater meus,
& mater mea derelin-
querunt me: dominus
autem assumpsit me.

Legem pone mihi dñe
in via tua: & dirige me
in semitam rectam pro-
pter inimicos meos.

Ne tradideris me in a-
nimas tribulãtium me:
quoniã insurrexerũt in
me testes iniqui, & mẽ-
tita est iniquitas sibi.

Credo videre bona dñi
in terra viuentium.

Expecta dominum, vi-
riliter age: & conforte-
tur cor tuum, & sustine
Dominum. **G**loria.

Añã. Qui tribulant nos
inimici nostri, infirma-

ti sunt & ceciderunt, quia dominus protexit nos per Angelum suum, in abscondito tabernaculi sui. *ŷ.* Dirige nos domine per Angelum tuum. *R.* Quoniam tu es saluator noster.

Lectio iiii.

EXcitat profecto fratres charissimi humanam mentem, in laudem creatoris tantorum beneficiorum. liberalis exhibitio, nec valet à laudibus abstinere, cum cõtempletur, diuinam largitatem suis necessitatibus nõ deficere. Quis enim cogitare queat, diuinam illam, erga genus humanum. charitatem, & diligentiam, cui non fuit satis, hominẽ in tam nobili condidisse natura: nisi eum miris auxilijs, & adminiculis subleuasset? Non

erat enim diuina prouidentia, hominem Sathanae suggestionem prostratum, mortifero illo, antiquo quoque veneno, sauciatum: multiplicique hoste, vndiq; infestum. Ideo de Angelico suffragio, atque consortio, sibi statuit prouidendum. *R.* Misit dominus Angelum suum & conclusit ora leonum. * Et non nocuerunt mihi. *ŷ.* Misit dominus misericordiam suam, & fortitudinem suam: animam meam liberauit de medio catulorum leonum. Et nõ nocuerunt mihi.

Lectio v.

Mandauit quippe Deus, vt inquit, propheta, Angelis suis: vt custodiant hominem in omnibus vijs suis: ne forte in hac formidabili pe-

regrinatione, offendat ad lapidem pedem suū. Quis enim per callem huius mundi, securus tentaret incedere: vbi inimici nostri tam visibiles, quam inuisibiles, tot scandala, vt offendamus, abscondunt. Tot laqueos, vt capiamur, extendunt: nisi sanctos Angelos adiutores, & custodes desuper nobis crederemus esse concessos? hi sunt profecto ciues beati, illius supernæ ciuitatis Hierusalem, quæ sursum est mater nostra: Omnes in ministeriū missi, propter eos, qui hereditatē capiunt salutis: vt eos liberēt ab inimicis, & custodiāt in omnibus vijs suis confortēt, moneāt, doceāt, orationes quoq; offerant in cōspectu diuinæ maiestatis. *Re.* Mu

ro tuo inexpugnabili circumcīgenos dñe. * Et armis tuæ potentie protegenos. *V.* Emitte dñe Angelum tuū, qui custodiat nos in omnibus vijs nostris. Et armis.

Lectio vi.

Hietiam Angeli diligunt homines conciuēs suos per quos suæ ruinæ scissuras, vehemēti charitate, & affectu, expectant restaurari. Ideo non metuunt, imo profecto gaudent, in illa æterna beatitudine, nos semper secum habere consortes. Ideo ingenti cura, vigilantique studio & solitudine, adsunt nobis, in locis, & horis prouidentes & succurrentes in omnibus necessitatibus, & periculis nostris. Sunt etiam solliciti, discurrentes inte

nos & Deum, vt impetrent nobis, suæ benignitatis facilem propitiationem: & referant nobis, diuinæ gratiæ benedictionem. *R.* Expugna dñe impugnâtes nos. * Et libera nos de inimicis nostris. *V.* Fiât viâ illorum tenebræ & Angelus dñi persequens eos. Et libera. *Gloria Patri.* Et libera.

Intertio Nostur. Añã.
Immisit Angelû suû dñs in circuitu timentiu eû, & de multis tribulationibus eripuit eos.

Psalmus.

Benedicam dominû in omni tēpore, semper lausei⁹ in ore meo. In domino laudabitur anima mea: audiant māsueti, & lætentur. Magnificate dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.

Exquisiui dominum, & exaudivit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non cōfundētur.

Iste pauper clamavit, & dominus exaudivit eum: & de omnibus tribulationibus eius salvavit eum.

Immittit angelus domini in circuitu timentiu eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte, quoniam suavis est dñs beatus vir, qui sperat in eo.

Timete dñm omnes sancti eius, quoniam nō est inopia timentibus eum.

Divites eguerunt, & esurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos.

Quis est homo, qui vult vitam: diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.

Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem & persequere eam.

Oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum.

Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iusti, & dñs exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta est dominus his, qui tribulato sūt corde: & humiles spiritu saluabit.

Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos dñs.

Custodit dominus om-

nia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.

Redimet dominus animas seruorum suorum, & non delinquet omnes qui sperant in eo. **G**lo.

Añã. Immisit Angelum suū dñs in circuitu timētū eum, & de multis tribulationibus eripuit eos.

Añã. Adorate dominū omnes Angeli eius, quoniam dominus custodiuit animas seruorū suorum & de manu peccatoris liberauit eos.

Psalmus.

Dominus regnauit exultet terra: latentur in insula multæ.

Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præce

det: & inflamabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie Dñi a facie dñi omnis terra.

Annúciauerunt cœli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriã eius.

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes angeli eius audiuit & lætata est Syon.

Et exultauerunt filie Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes Deos.

Qui diligitis Dñm, odite malum: custodit dñs animas sanctorum suo-

rum: de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto: & reditis corde lætitia.

Lætamini iusti in Dño: & cõfitemini memoriæ sanctificationis eius.

Gloria Patri. **Añã.** Adorate Dñm omnes Angeli eius, quoniam Dominus custodiuit animas seruorum suorum, & de manu peccatoris liberauit eos. **Añã.** Benedicite Domino omnes Angeli eius, & notas nobis facite vias eius, & liberate ab interitu vitã nostram. **Psalmus.**

Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ in trame sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea domino: & noli oblitisci oēs retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:

qui sanat omnes infirmitates suas.

Qui redimit de interitu vitā tuam: qui coronat te in misericordia, & misericordationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuū: renouabitur vt aquilę, iuuet⁹ tua.

Faciens misericordias Dominus, & iudiciū omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moyſi: filijs Israel voluntates suas.

Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multum misericors.

Non in perpetuū irasceatur: neque in æternū cōminabitur.

Non secūdam peccata nostra fecit nobis: neq; secūdū iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secūdam altitudinē cœli à terra: cor-

roborauit misericordiā suam super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente: longe fecit à nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum: misertus est Dominus timētibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrū.

Recordatus est, quoniā puluis sum⁹ homo sicut fœnum: dies eius tanquā flos agri sic efflorescit.

Quoniam spiritus pertrā sibi in illo, & non subsistet: & non cognosceat amplius locum suum.

Misericordia autem dñi ab æterno, & vsq; in æternum, super timentes eū.

Et iustitia illius in filios filiorum: his, qui seruat testamentum eius.

Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.

Dominus in cælo para-
uit sedem suam: & reg-
num ipsius omnibus do-
minabitur.

Benedicite dño omnes
angeli eius: potētes vir-
tute, facientes verbum
illius: ad audiendam vo-
cem sermonum eius.

Benedicite domino om-
nes virtutes eius: mini-
stri eius, qui facitis volū-
tatem eius.

Benedicite dño omnia
opera eius: in omni lo-
co dominationis ei⁹ be-
nedic anima mea domi-
no. **G**loria Patri.

Añā Benedicite domi-
no omnes Angeli eius,
& notas nobis facite vi-
as eius, & liberate ab in-
teritu vitam nostram.

V. Mitte domine Ange-
lum tuum de cælis. **Re.**
Qui custodiat & illumi-
net nos.

¶ **Lectio sancti Euange-**

lij secūdam Matthæum.

Lectio vij. c. 2.

In illo tempore, defun-
cto Herode: Angelus
domini, apparuit in sō-
nis Ioseph in Ægypto.
Et reliqua.

¶ **Homilia Lektionis**
eiusdem.

Consideratis charissi-
mi: quoniā ipse Iesus,
super cælestibus essen-
tiji superexistens, ad il-
lud quod, secūdam nos
est immutabiliter veni-
ens, non refugit à se or-
dinatam assumptam hu-
manam conditionem.
Descendit obediēs: sub-
ditur Dei Patris per An-
gelos dispositionib⁹. Et
per medios ipsos Ange-
los administratur Ioseph à patre, disposita
Filij ad Ægyptum reuer-
sio: & iterū ad Iudæam
de Ægypto trāsductio.
Defūcto autem Herode

appa-

apparet Angel⁹ Ioseph: quia nisi à mundo, natu-
ralium curarū mens se-
gregata huius vitæ descē-
dentibus euagationibus
moriens, Christo fuerit
cōsepulta: non meretur
cōsolatione Angelorū,
cōfoueri. Inde enim A-
postolus ait. Mortui enī
estis, & vita vestra abs-
cōdita est cum Christo.
Et Psalmista: Abscōdes
eos, in abscondito faciei
tuæ, à cōturbatione ho-
minum. *R.* Dñe Deus
omnipotens ædificator
& custos Hierusalem ci-
uitatis supernæ mitte
Angelum tuum. * Ut
custodiat Regnum & lo-
cum istum, cum omni-
bus habitatoribus suis.
Y. Conuerte Dñe faciē
tuā super populum istū,
& visita nos per Angelū
tuum. Ut custodiat.

Lectio octaua.

Ioseph autem in som-
nis Angelū vidit. Quo
annuitur, inquiete con-
sciētia, animæ dormiēti,
cōsolationes cœlestes,
a Deo per Angelum suū
trāsmitti ad requiem in-
firmorum. De quo Ioan-
nes in suis reuelationib⁹
ait. Beati mortui: qui in
dño moriuntur. A modo
iam dicit spiritus, ut re-
quiescāt à laboribus suis
& Psalmista. Si dederō
somnia oculis meis, &
palpebris meis dormita-
tionē. Hæc requies mea
in sæculum sæculi, hic
habitabo quoniam ele-
gi eam. *R.* Regnum &
ciuitatem istam circū-
da domine & Angeli tui
custodiant muros eius.
Et exaudi populum tuū
cum misericordia. *Y.*
Auertatur dñe furor tu⁹
ab hoc regno & ciuitate
tua. Et exaudi. *G*loria.

G

Et

Et exaudi.

¶ Nona Lectio legitur de homilia Evangelij dominicæ tertiæ Iulij. Ad Laudes & per horas.

Añã. Induit Angelus princeps noster fortitudinem, & præcinxit se virtute, & firmavit civitatem nostram, quæ nõ commovebitur ab inimicis nostris. **Psalmi.**

Dominus regnavit. Cũ reliquis. Añã. Iubilate Deo omnes ciues eius, & scitote quoniam dominus qui fecit nos, ipse custodiet, & liberabit nos. **Añã.** Ad te domine de luce vigilat Angelus princeps & custos noster super civitatem istã, ideo inimici nostri in vanum quæsierũt expugnare eam. **Añã.** Benedicant dominum omnes Angeli eius & repellant à nobis omnes po-

testates aduersas. **Añã.** Laudate Dñm oēs Angeli eius, & alligate inimicos nostros in cõpedib⁹ & oēs impugnatores nostros in manicis ferreis.

¶ Capitulum Isaie 37. Hæc dicit dñs de Rege Assyriorum: non ingreditur urbem hanc, nec mittet in eã sagittã: nec occupabit eã clype⁹: nec circũdabit eã munitio.

Hymnus.

Verbum supernum
prodiens,
A patre semper extens,
Qui de custode subuenis
Ad seruitutẽ hominis.
In morte adest Angel⁹,
Fit recedenti obuius,
Vt deferat ad brauium,
Fœlicitatẽ hominum.
Quibus paratur gaudia
In beatorum curia:
Vbi exultant Angeli,
Orationum baiuli.
Se rascens dedit sociũ,

Mittēdo nobis Angelū:
Pro mentē dulce cāticū,
Gloria regni emnium.

O salutari, veritas,
Et Angelo rū claritas,
In quibus ardet charitas
Et diligens benignitas.
Vnitri noq; domino,
Sit sempiterna gloria:
Qui vitā sine termino,
Nobis donet in patria.
Amen.

✠ Immitet Angelum
dñi in circuitu timētū
eū. **R.** Et eripiet eos.

Ad Benedictus. Añā.
Benedictus dñs, qui per
Angelū salutis visitauit
plebē & ciuitatē nostrā,
& liberauit eā de manu
omniū, qui oderunt nos
& direxit pedes nostros
in viam pacis. **Oratio.**

Omnipotēs sempiter
ne Deus, qui Angeli-
cam custodiā, homini,
& hominū regnis, pro-
uincijs, & ciuitatibus cō-

tulisti: cōcede propiti⁹,
vt nostri Regni & ciuita-
tis, præful, & custos An-
gelus tuus factus, ipsum
totū regnum, ab instan-
tib⁹ periculis corporis,
& animæ, & futuris ad-
uersitatibus: protegat &
defendat. Per dñm.

Deinde fit cōm. dñicæ.
**Postea Sancti occurren-
tis hoc loco tantum.**

Ad Tertiam. Añā.
Iubilate Deo. **Cap.** Hęc
dicit dñs. **R.** br. Angelis
suis Deus * Mādauit de
te. **✠** Vt custodiant te
in omnib⁹ vijstūis. Mā-
dauit de te. **G**loria Pa-
tri. Angelis suis De⁹. **✠**
Dirige nos dñe p Ange-
lū tuū. **R.** Quoniam tu
es Saluator noster.

Ad Sexta. Añā.
Ad te Domine.

Capitulum Isaia. 37.
Perviam qua venit,
reuertetur & ciui-

tatem hanc non ingredietur: dicit dominus: protegam urbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum. *Re. bre.*

Dirige nos domine. *
Per Angelum tuum. *V.*

Quoniam tu es saluator noster. Per Angelum tuum. *Gloria Patri.*

Dirige nos Domine. *V.* Angelus Domini nobis astitit. *Re.* Et lumen refulsit in habitaculo carceris.

Ad Nonam. Añã.

Laudate Dominum.
Capitulum Ilaix. 27.

F. Actum est in nocte illa venit Angelus Domini, percussit in castris Assyriorum, centum octoginta quinque

millia. *Re. bre.* Angelus Domini. * Nobis astitit. *V.* Et lumen refulsit in habitaculo carceris. Nobis astitit.

*G*loria Patri. Angelus Domini.

V Adorate Dominum.

Re. Omnes Angeli eius.

In secundis Vesperis, omnia fiunt sicut in primis.

Cum come. & dominica, & sancti subsequentis.

COMMEMORATIO
S. P. AVGVSTINI.

Omnia fiunt vt.





S. AVGVSTINVS CAN. REG.

IN FESTO BEATISSIMI
PATRIS N. AVGVSTINI.

Hipponensis Episcopi.

Die 28 B.
Ad Vesperas. Ana.

Etare mater
nostra Hierusa
lem: quia Rex
tuus: dispensa
torem strenuum, & ciuē
fidelissimū de seruitute
Babilonistibi redemit
Augustinū. *Psal.* Dixit
Dominus. *Cum reliq. vi*
timo locō. *L*audate Do
minum omnes gentes.
Ana. Huius mater deuo
tissima, quē carne prius
pepererat mundo: cha
ritatis visceribus, post
modum: multo semine
lacrymarū genuit Chri
sto. *Ana.* Distulit tamen
diu baptismi gratiam:
quia tumens inani phi
losophia, volebat huma

naratione cōprehende
re, quod pia mens viua
citate fidei, nititur ap
prehēdere. *Antiphona.*
Surgēs autem post mul
tos circuitus errorum,
circuibat ciuitatem per
vicos & plateas, quāren
do verum animæ virum
pro quo ne moreretur,
dignū iudicaret mori:
vt eius semper inhære
ret amor. *Ana.* Inuen
tus igitur à custodibus
ciuitatis, & pallio vetu
statis exutus, diligenter
pertractata cū illis ve
ritate, quē desiderabat
inuenit: & castis eius am
plexib⁹, ardēter inhæsit
Capitulum. Eccles. 50.
Ecce sacerdos magn⁹
qui in vita sua sustul

fit domum, & in diebus
suis corroboravit tēplū,
tēpli etiam altitudo ab
ipso fundata est, duplex
ædificatio, & exelsi pari
et est templi. *Hymnus.*

Magne pater Au-
gustine,
Preces nostras suscipe,
Et per eas conditori,
Nos placere satage,
Atq; rege regem tuum
Summū decus præsulū.
Amatorē paupertatis,
Te collaudāt pauperes,
Assertorem veritatis,
Amant veri Iudices,
Frāgis nobis fauos mel-
lis,
Descripturis differens.
Quæ obscura pri⁹ erāt,
Nobis plana faciens,
Tu de verbis saluatoris,
Dulcem panē conficis.
Et propinas potū vitæ,
De Psalmorū nectare.
Iu de vita clericorum,
Sanctam scribis regulā,

Quam qui amant & se-
quuntur.

Viam tenent regiam,
Atq; tuo sancto ductu,
Redeunt ad patriam.

Regi regum salus, vita,
Decus, & imperium:
Trinitati laus, & honor,
Sit per omne sæculum,
Qui concives nos ascri-
bat:

Supernorū civiū. Amen

V. Ora pro nobis beate
Pater Augustine. *R.* Vt
digni efficiamur p̄mis-
sionibus Christi.

¶ An magni. Añā.

Adest nobis dies cele-
bris, quo solutus nexu
carnis, sanctus Præsul
Augustinus, assumptus
est cum Angelis: vbi gau-
det cum prophetis: læ-
tatur cū Apostolis: quo-
rum plenus spiritu, quæ
prædixerunt mystica: fe-
cit nobis peruia: post
quos secunda dispenian

di verbi Dei, primus re-
fulsit gratia. *Oratio.*

DEus qui beatū Au-
gustinum, ecclesie
tuæ, in exponendis sa-
cræ scripture mysterijs,
Doctorem optimū, &
electum antistitem pro-
uidisti: da nobis quæsu-
mus, eius semper & do-
ctrinis instrui & orati-
one fulciri. Per Dñm.

*In his vesp. & in Laud.
nihil de S. Hermete.*

Ad Matut. Inuitatoriū.
Magnus Dñs & laudabi-
lis valde, & sapientiæ e-
ius non est numerus. *

Qui de tenebris gentiū
lumen ecclesie suæ vo-
cavit Augustinum.

Psal. Venite. Hymnus.
Magne patet.

In primo Noct. Añā.
Aperuit Augustinus co-
dicem Apostolicum, &
coniectis oculis ad pri-
mum capitulum, legit:

Induitini dñm: Iesum
Christū, & statim, quasi
infusa luce securitatis,
ab eo omnes dubietatis
tenebræ, diffugerunt.

Psal. Beatus vir. Añā.
Infinuauit ergo per lite-
ras, sancto viro Ambro-
sio præsens votū suum:
vt moneret, quid sibi de
libris sanctis legendum
esset: quo percipiendæ
Christianæ gratiæ aptior
fieret atq; paratior.

Psal. Quare fremuerūt.
Añā. At ille iussit Isaiā
prophetam: quod præ
cæteris Euangelij voca-
tionisq; gentiū, sit præ
nunciator apertior *Ps.*

*D*ñe quid multiplicati
sunt. *v.* Amavit eū Dñs
& ornauit eū. *z.* Stolā
gloriæ induit eum.

De libr. Eccl. c. 50.
Lectio prima.

ECce Sacerdos ma-
gnus, qui in vita sua

suffulcit domum, & in diebus suis corroboravit templum. Templi etiã altitudo, ab ipso fundata est: duplex edificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarũ, & quasi mare ad impleti sunt supra modũ, qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. Qui preualuit amplificare ciuitatẽ, quia deptus est gloriã in consuetudine gentis, & ingressum domus, & atrij amplificauit. *Re.* Inuenit se Augustinus longẽ esse à Deo, in regione dissimilitudinis: tanquam audiret vocem Dei de excelfo. *Cibus sum grãdium, cresce & manducabis me.* *Re.* Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuã, sed tu mutaberis in me cib⁹

sum grandium.

Lectio secunda.

Quasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna plena in diebus suis lucet, & quasi sol refulgens: sic iste refulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgescit inter nebulas gloriae, & quasi flos rosarũ in diebus vernis, & quasi lilia quae sunt in transitu aquae & quasi thus redolens in diebus aestatis. Quasi ignis effulgens: & quasi thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Quasi oliua pullulans & cupressus in altitudinem se extollens.

Re. Sensit igitur & expertus est, non esse mirum: quod palato non sano pœna est panis, qui sano est suavis. Et oculis ægris odiosa est lux, quae

Puris est amabilis. *ŷ.*
 Propter iniquitatē cor-
 ripuisti hominē: & tabel-
 cere fecisti, sicut arane-
 am, animam eius. Et o-
 culis agris.

Lectio tertia.

IN accipiēdo ipsam
 stolā gloriæ, & vestiri
 eū in cōlumatione virtu-
 tis. In ascēsu altaris san-
 cti gloriā dedit sancti-
 tatis amictū. In accipiē-
 do autē partes de manu
 sacerdotū: & ipse stans
 iuxta aram. Circa illum
 corona fratrum, quasi plā-
 tatio cedri in monte li-
 bano: sic circa illum ste-
 terūt, quasi ramipalmę,
 & omnes filij Aaron in
 gloria sua. *R.* Tūc vero
 inuisibilia Dei, per ea
 que facta sūt, intellecta
 conspexit: sed aciem fi-
 gere non valuit. * Quia
 non secum ferebat nisi
 amatē memoriā, &

quasi olfacta desideran-
 tem, quæ comedere non
 dum posset. *ŷ.* Quid au-
 tem sacramēti haberet:
 Verbum caro factū est:
 nec suspicari quidem po-
 terat. Quia non secum.
Gloria Patri. Quia non
 secum.

¶ in recūd. Nou. Ana.
 Veruntamen, primam
 huius lectionem non in-
 telligens totumque ta-
 le arbitrās, distulit re-
 petendum exercitior
 in dominico eloquio.

¶ 1a. Cum inuocarem,
Ana. Inde vbi tempus
 aduenit quo nomen e-
 um dare oporteret, re-
 hēto rēre, Mediolanum
 remeans baptizatus est
 à beato Ambrosio: fu-
 gitque ab eo sollicitudo
 vitæ præteritæ.

¶ Psalm. Verba mea.

Ana. Nec satiabatur illis
 diebus dulcedinem mira-

bili, considerare altitudinem consilij diuini super salutem generis humani. *Ps.* Dñe dñs nr. *V.* Elegit eū dñs sacerdotē sibi. *R.* Ad sacrificandū ei hostiam laudis.

Lectio iiii.

Ex Possidonio Calamensi Episcopo.

AVGVSTINVS Pater, ac Patriarcha noster inclitus: Tagaste in Aphrica, honestis parentibus, matre Christiana ac pijsima Monica patre Patritio: (quem & ipsum in extremis: dño, vxor est lucrata) ortus est. Puer parētum impensis, ac diligentia, primas eruditus literas, ita breui postea ingenij celeritate, memoriæ vigore, disputandi acumine profecit: vt ad summam doctrinarum omnium (nemine fere

hominum tradēte) peruenit. Cum autem adolescens aliquando fuisset, Manicheorum errore seductus: deferuētamen iam, ab illo errore cœpisset: Romā, annum agens vnde uigesimalimū, vt rhetoricam ibi edoceret, ac non multo post inde Mediolanum, eadē de causa peruenit. Vbi cum frequens Ambrosij Mediolanensis episcopi esset auditor, eius opera catholicæ veritatis studio sensim ac paulatim incensus, demūq; cōfirmatus, ac vere cōuersus, adueniētibus paschalibus solēnijs, ab eodē sacro est baptismatis fonte renatus, cū annū ageret ætatis suę trigesimalimū tertiū. *R.* Itaque auidissimè legere cœpit præ ceteris Apostolū Paulum. * Et perierunt illæ

quæstiones, in quibus aliquando visus est ei aduersari, testimonijs legis & prophetarum textus sermonū eius. *v.* Et apparuit ei vna facies eloquiorū castorū, & exultare cū tremore didicit. Et perierunt.

Lectio v.

Qui mox vt ī patriā reuertetur Romanam pergēs, indeq; non multo post in Africā trajiciēs, cū ferme triennio. mira sanctitatis, ac doctrinæ opinione, vitā cum amicis, apud agros proprios egisset: à beato Valerio Hipponēsi Episcopo: præsbiter, inuit⁹, ordinatur. Qui mox clericorū familiā instituit: quos vltimo iam antea vocabulo, Canonicos regulares, appellam⁹: quibus cum, victu cōmuni, eodemq; cultu vtēs: eos

ad apostolicæ vitæ, ac disciplinæ normā (præscripta etiam eis regula, quam huc vsque obseruant) diligētissime erudiebat. Cum autem Manicheorum vigéret hæresis vehementius in illā inuehi cœpit. Fortunatumq; hæresiarcham, publice cōfutaui. Quia Augustini pietate commotus Valerius: eum adiutorem adhibuit episcopalis officij. Nihil illo humilius, nihil continētius. Lectus ac vestitus moderatus, vulgaris mēsa, quam semper sacra, vel lectione, vel disputatione, cōdiēbat. Ad pauperum inopiam sustentādā, cum alia non esset facultas etiam sacra vasa frangebatur. Fæminarū, & in eis sororis, & fratris filix cōtubernium, familiaritatēq; vitauit.

R. Misit ergo Dominus in mētem eius, visumq; est ei bonū in cōspectu eius pergere ad Simplianum. Qui ei bonus apparebat seruus Dei, & lucebat in eo gratia diuina. **V.** Audierat enī quod a iuuentute sua, deuotissime Deo viueret: & vere sic erat. Qui ei bonus. **Lectio. vj.**

N Vllum finem fecit prædicādi Dei verbum Hæreticos infectatus & coram, & scriptis ac nullo loco passus cōsistere, Aphricam præsertim à plurimarū hæreseon errore liberavit. Tam multa pie, subtiliter, & copiose scripsit, vt Christianam doctrinam omnium maxime illustrarit. Quē in primis secuti sunt, qui postea Theologicam disciplinā via & ratione tradide-

runt. Vandalis Hipponē tertium iam mēsem obsidentibus in febrim incidit. Itaque cum discessum e vita sibi instare intelligeret, psalmos Dauid, qui ad pœnitētiā pertinent, in conspectu positos profusis lacrymis legebat. Solebat autem dicere, neminē, & si nullius sceleris sibi cōscius esset, cōmittere debere: v̄ sine digna & cōpetenti pœnitentia migraret e vita. Ergo sensibus integris, in oratione defixus, astantib⁹ fratribus, & orantibus, migravit in cælum, Cælestino primo Pontifice: āno salutis circiter quadringentesimo trigesimo: cum vixisset annos septuaginta sex, in episcopatu & clericatū ad quadraginta. **R.** Volebat enim cōferenti æst⁹

suos vt pferret, quis ap-
 tus esset modus viuendi
 sic affecto, vt ipse erat,
 ad ambulandum in via
 Dei: * In qua alius sic,
 alius sic ibat. *V.* Displi-
 cebat enim ei quicquid
 agebat i saeculo, predul-
 cedine Dei, & decore do-
 mus eius, quam dilexit.
 In qua. *Gloria.* In qua.
 In *Tertio noctur. Añā.*
 Flebat autē vberrime,
 in hymnis & canticis, su-
 aue sonantis ecclesiae vo-
 cibus vehementer affe-
 ctus. *Psal.* Domine quis
 habitabit. *Añā.* Voces
 igitur illae influebant au-
 rib⁹ eius: & eliquebatur
 veritas in cor eius, & flue-
 bant lacrymae: & bene
 illi erat cum illis. *Psal.*
 Dñe in virtute tua. *Añā.*
 Adiunctus inde Nebri-
 dio & Euodiore meabat
 ad Aphricam, quærens
 quis eos ad bene viuen-

dum locus haberet vti-
 lius: sed cū essent apud
 Ostia Tyberina, pia ma-
 ter eius defuncta est.

Psal. Domini est terra.
V. Tu es sacerdos in æ-
 ternum. ⁂ Secundum
 ordinem Melchisedech.
 Lectio sancti Euangelij
 secundum Matthæum.

Lectio septima. c. 5.

IN illo tēpore, Dixit
 Iesus discipulis suis:
 Vos estis sal terræ, quod
 si sal euauerit, in quo
 salietur. Et reliqua.

*Homilia sancti Ioannis
 Chrysostomi.*

*Homil. x. ex cap. 5. statim
 in initio.*

QVasi interroganti-
 bus Apostolis ad
 quos sit ōnia ista loquu-
 tus, vtrū generaliter ad
 populum, aut ad ipsos:
 volens ostēdere quoniā
 ad ipsos præcipue hæc
 loq̄batur, addidit: Vos

estis sal terre. Hoc quod dicit. Vos estis sal terre: ad illud respicit, quod superius dixit: quia doctor omnibus virtutibus debet esse ornatus. **R.**

Vulnerauerat charitas Christi cor eius, & gestabat verba eius in visceribus, quasi sagittas acutas. * Et exempla seruum Dei, quos de mortuis viuos fecerat, tanquam carbones vastatores. **V.** Ascendenti à cōualle plorationis, & cāntanti canticum graduū dederat sagittas acutas. Et exempla. **Lect. viii.**

Debet esse pauper, vt auaritiam libera voce castiget. Debet esse semper suspirans & lugens, siue sua, siue aliena delicta, vt confundat eos, qui nec peccare dubitant: priusquam peccent: nec postquam pec-

cauerunt, tristantur, quia peccauerunt. Ideo suspirat & plāgat, vt per hoc ostendat, quia grauis & periculosus est mundus iste fidelibus. **R.** Accepta baptismi gratia positus apud Ostia Tyberina, cum matre sua colloquebatur soli valde dulciter. * Et inhiabant ore cordis pariter, in superna fluente fontis vitæ vilescebatque mūdus iste inter verba cū delectationibus suis. **V.** Tunc ait illa filio, nulla re iā delector in hac vita: cū te cōtempta fœlicitate terrena, videam seruum Dei. Et inhiabant.

Gloria patri. Et inhia.

Lectio nona.

Debet esuriens & sitiens esse iustitiam: vt pigros circa opera bona vel lectionē fiducialiter verbo Dei,

aut increpationis flagello, valeat excitare, magis exemplo suo, quam voce. Debet esse mansuetus, ut magis indulgendo quam vindicando, regat ecclesiam: ut magis ametur, quam timeatur. Debet esse misericors alijs, sibi autem austerus: ut sibi quidem graue pondus Iustitiæ ponat, alijs autem leue. Tu autem dñe miserere no.

Ad Laudes & per horas.

Ant. Post mortem matris, reuersus est Augustinus ad agros proprios, ubi cum amicis, ieiunijs & orationibus vacans scribebat libros: & docebat indoctos. *Psal.* Dominus regnauit. *Cum reliq. ant.*

Comperta autem eius fama, beatus Valerius Hipponensis episcopus: eum a populo apprehensum, ac sibi presentatum: li-

cet inuitum, presbyterum ordinauit. *Ant.*

Factus ergo presbyter, monasterium clericorum mox instituit, & cepit viuere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam. *Ant.* Sanctus autem Valerius ordinator eius exultabat uerbis, hominem sibi tale datum diuinitus, qui in doctrina sana, adificare ecclesiam, esset idoneus.

Ant. Eodem tempore Fortunatus presbyter, Manichæorum uersutia plurimos seducebat: quem sanctus Augustinus in conuentu omnium disputans, publice superauit.

Capitulum Eccles. 50.

Ecce Sacerdos magnus, qui in uita sua suffulit domum, & in diebus suis corroborauit templum, templi etiam altitudo ab ipso fundata

est duplex ædificatio, &
 excelsi parietes tēpli.

Hymnus.

Cœli ciues applaudi-
 te.

Et vos fratres cōcinite,
 Patrī nostri solennia,
 Solis reduxit orbita.

Hinc ergo psalmi reso-
 nent:

Hinc lectiōes cōcrepēt,
 Et hymnōrū dulcisona,
 Multiplicentur cātica.

Quod lingua foris per-
 sonat,

Intus affectus sentiat,
 Nec imitari pigeat,
 Quod laudare mens ap-
 probat.

Hinc post mūdi curri-
 cula.

Cœli suscepit curia,
 Quem cū suis fidelibus,
 Iam salutavit Domin⁹.

Conemur totis viribus,
 Iugamus preces precib⁹
 Vt Augustini meritis,
 Cœli fruamur gaudijs.

Præsta pater pijsime,
 Patriq; cōmpar vice,
 Cum spūitu paracleto,
 Regnās per omne facu-
 lum, Amen.

Ÿ. Ora pro nobis bea-
 te Pater Augustine. *Rz.*
 Vt digni efficiamur pro-
 missionibus Christi.

¶ Ad Benedictus. Ant.

In dieb⁹ eius, obsessa est
 ciuitas Hypponenſis, ab
 exercitu Barbarorū in-
 ter quæ mala fuerūt Au-
 gustino lacrymæ suæ pa-
 nes die ac nocte: atq; sub
 hoc euentu ad extremā
 horam veniens obdor-
 miuit in pace.

Oratio.

DEus qui beatum Au-
 gustinum, Ecclesiæ
 tuæ, in exponēdis sacræ
 scripturæ mysterijs, Do-
 ctorem optimū, & ele-
 ctum antistitem prou-
 disti: da nobis quæsum⁹,
 eius semper & doctrinis

instrui, & oratione fulci-
ri. Per Dominū nostrū.

Ad. iij. Añā.
Comperta autē. **Capit.**
Ecce sacerdos magnus
qui in vita sua. **Re. bre.**
Amavit eum dominus.

Et circumavit eum.
Stolam gloriæ induit eū
Et ornavit eum. **G**loria
patri. Amavit eum dñs.

Elegit eum dominus
sacerdotem sibi. **Re.** Ad
sacrificandum ei hostiā
laudis. **Ad. vj. Ana.**

Factus ergo. **Capitulū,**
Ecclesiast. 50.

IN diebus ipsius ema-
naverunt putei aqua-
rum, & quasi mare adim-
pleti sunt supra modū,
qui curavit ger tē suam,
& liberavit eam a pei di-
tior e. **Re. bre.** Elegit eū

Dominus. Sacerdotem
sibi. **Ad** sacrificandū
ei hostiam laudis. Sacer-
dotē sibi. **G**loria patri.

Elegit eum Dominus.
Ad. Tu es sacerdos in æ-
ternum. **Re.** Secundum
ordinē Melchisedech.

Ad Nonam. Añā.
Eodem tempore.

Capitulū. Eccles. 50.

Quasi stella matuti-
na in medio nebu-
læ, & quasi luna plena in
diebus suis lucet; & qua-
si sol refulgens: sic iste
refulsit in templo Dei.

Re. bre. Tu es sacerdos.
In æternum. **Ad.** Secun-
dum ordinem Melchise-
dech. In æternum. **G**lo-
ria patri. Tu es sacerdos

Iustum deduxit Do-
minus per vias rectas.

Et ostēdit illi regnū
Dei. **Ad Vesperas añ.**
Post mortem matris.

Cum reliq. Psal. Dixit
Dñs. Confitebor. **Beatus**
vir. Laudate pueri. **M**e-
mento dñe. **Cap. hymn.**

Se. v. ut in primis vesp.

Ad Magnificat. Añā.

Hodie gloriosus Pa-
ter Augustinus, dis-
soluta huius habitatio-
nis domo, domum non
manufactam, accepit in
cœlis: quam sibi (coope-
rante dei gratia) manu
lingua fabrefecit in ter-
ris vbi iam quod sitiuit
internum, gustat æter-
num: decoratus vna sto-
la, securusq; de reliqua.

Oratio, vt supra.

*Deinde fit sequens cō-
memor. pro S. Ioāne.*

Añā. Misso Hærodes spe-
culatore, præcepit am-
putari caput Ioannis in
carcere, quo audito, dis-
cipuli eius venerunt, &
tulerunt corpus eius, &
posuerunt illud in mo-
numento. *ψ.* Gloria &
honore coronasti eum
Domine. *℞.* Et consti-
tuisti eum super opera
manuum tuarum.

Oratio.

Sancti Ioannis Bap-
tiste præcursoris & mar-
tyris tui, quæsumus do-
mine, veneranda festiui-
tas: salutaris auxiliij no-
bis præstet effectum Qui
vuis & regnas cū Deo
Patre.

Nihil de S. Sabina.

Augusti.

PRIMA DIE.

Infra octa. S. Augustini.
*Fit de decollatione san-
cti Ioannis: cum cōme-
octa. & sanctæ Sabine.*

In vesperis postcōm.
*octaue, fit sequens pro sã-
ctis Felice & Adaucto.*

Añā. Istorum est enim.
ψ. Latamini in Domi-
no, *Et in Laudib. Añ.*
Vestri capilli capietis.

ψ. Exultabunt sancti.

Oratio.

M Aiestatem tuam
 dñe supplices ex-
 xoramus: vt sicut nos iu-
 giter sanctorum tuorum
 commemoratione lati-
 ficas, ita semper suppli-
 catione defendas. Per
 Dominum nostrum.

Augusti 30. D.

SECUNDA DIE

Infra octaau. S. August.

Inuitat. hymn. Anz. Ps.

versicap, & Oratio
 sicut in die.

In primo Nocturno le-
 guntur Lectioes de scri-
 ptura occurrenti.

In secundo Nocturno.
 Lectio quarta.

Q Væ de beatissimo
 patre nostro Au-
 gustino, primo eius festi-
 uitatis die, summatim
 perstrinxim⁹: eadē nūc,
 aliquanto latiori stylo,
 seu & quædam alia insi-
 gniora eius gesta: ex plu-

rimis pauca, quantum
 proposita patietur le-
 ctionum breuitas, pro-
 sequemur. Natus itaq;
 vt dictū est, honestis ac
 Christianis parentibus
 ingeniosus puer, eorum
 opera, ac impensis: sæcu-
 laribus literis apprime
 est erudit⁹: in quibus a-
 deo p̄fecit, vt breui suc-
 cedēte tempore, omnes
 artū, quas liberales vo-
 cant, libros quoscunque
 legere potuerit, à semet
 ipso & legerit & intelle-
 xerit. Quidquid de arte
 loqueri est, & differen-
 di: quidquid de dimensi-
 onib⁹ figurarum, & de-
 musicis & de numeris,
 sine magna difficultate,
 nullo hominū tradēte,
 intellexerit. Verum cū
 annum ageret vnde uige-
 simum, defuncto iā ante
 bienniū Patre, in Mani-
 chæorum incidit errorē

In quo cum per nouem ferme annos iacisset, cognito demū, quē videre & alloqui diuturno nimis desiderio desiderauerat. Fausto Manicheorum heresiarchæ, cum imperitum illum artium earum, quibus eum excellere putauerat, comperisset, cœpit ab eo deferuere errore. *R.* Itaq; auidissime. 46.

Lectio quinta.

Eodem in tempore, annū agens nimirū vigesimum nonum: Romanam ut Rhetoricam ibi publicē edoceret (quod hactenus Carthagine fecerat) est profectus: ac nō multo post inde Mediolanum eadem de causa, à Simmacho est vrbis præfecto destinatus. Vbi cum frequens Ambrosij Episcopi esset au-

ditor, primo pulsa est ex eius animo errorum nebula, ita ut omnino decerneret relinquēdos esse Manichæos, ac tandem in ecclesia suspendi catholica, sibi à parentibus commendata: donec certi aliquid elucesceret. Deinde & succedente tempore, sensim ac paulatim, in veritate catholica adeo est edoctus atque confirmatus: ut aduenientibus Paschalibus diebus cum iam cathecumenum ruri in monte Casiciaco, deuotissime ac studiosissime, non nullos menses egisset, ab ipso fuerit baptizatus.

R. Misit ergo. 47.

Lectio sexta.

Qui mox ut in Aphricam reuertetur, Romanam pergens,

ibique navigationem expectans, non nihil comoratus, defuncta apud ostia Tyberina matre pijsissima, in Africam traiecit. Vbi diuendita non opulenta admodum re paterna, cum amicis ieiunijs & orationibus vacans, apud agros proprios scribebat libros, & docebat indoctos. Vnde increbrescente iam pietatis eius ac doctrinae fama contigit vt quidam ex ijs, quos agentes in rebus vocant, hippone constitutus, audita eius nominis celebritate, & diceret, & assereret, posse se facile omnes mundi spernere cupiditates, si aliquando ab eius ore verbum Dei audire meruisset. Quae de causa vit sanctus ita- tum eo se contulit, vbi

cum forte Episcopi ad plebe de deligendo praesbytero, verba facientis concioni intereisset, statim eum populus raptum, atque Episcopo praesentatum, multa licet diu profusis etiam lacrymis deprecatem, presbyterij gradum suscipere compulerunt.

Et Volebat enim 47.

In tertio Nosturno.

Lectio sancti Evangelij secundum Matthaeum.

Lectio septima.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terrae. Quod si sal euauerit in quo salietur. Et reliqua.

De homilia sancti Iohannis Crisostomi.

Homil. x. ex cap. 5.

Statim sub initio.

Debet esse mundo corde, vt non so-

lum non se immisceat, circa negocia sæcularia, sed nec cogitet de mundo. Sicut enim oculus quanto mundior fuerit, tanto longius videt: sic et anima, quanto longius fuerit à solitudine mundiali: tanto amplius Deo proximior est. Cuius autem cordis oculus mundum aspicit, illius mens non potest Deum videre. Sit autem pacificus, vt tota ecclesia eius, quasi vna sit anima. Vbi autem concordia non est, nec oratio illic exauditur, nec oblatio suscipitur: quia nec ibi est Deus, vbi discordia dominatur. *Resp.* Vulnerauerat: 48.

Lectio octava.

Debet autem & paratus ad passio-

nem esse, non vana desideria martyrij habens sed constantiam fidei martyribus dignam.

Nam quantum ad sapientes, & miles non ille paratus dicitur ad bellum, qui concupiscit exire, sed qui potens est exire. Si ergo omnibus his virtutibus fuerit ornatus, tunc est quasi optimum sal, & totus populus de illo conditur, magis videndo eum quàm audiendo. Nam prima doctrina est videre bonum: secunda autem audire. *Resp.* Accepta baptisimi gratia. 48.

Pro sanctis Martyribus Felice & Audaucto.

Lectio nona.

Felix, Diocletiano & Maximiano Im-

peratoribus, propter susceptam Christi religionem comprehensus, in Serapidis templum adductus est. Cui sacrificare cum iuberetur, os simulacri conspuuit. Quo facto, statim ærea ita tua corruit. Quod cum iterum, ac tertio, in æde Mercurij Dianæque factum esset, impietatis & magicæ artis accusatus, equuleo torquetur. Mox ad Ierusalem ab urbe lapidem via Ostensi ducitur, ut securi feriretur. Cui inter viam oblatus quidam Christianus, cum Felicem agnoscens ad martyrium duci videret. Ego quoque, clara voce inquit, eadem, qua iste, lege viuo, ego eundem Iesum Christum colo. Itaque Felicem osculatus cum eo secu-

ri percutitur, tertio calendis Septembris: cuius nomen cum ignotum esset Christianis, is Adaucti nomine nobilitatus est, quod martyrij corona augeri voluerit. Tu autem dñe.

Augusti. 31. E.

TERTIA DIE
Intra octau. S. August.

¶ **Lectioes primi Nocturni de scriptura occurrente.**

¶ **In secundo Nocturno. Lectio quarta.**

Factus presbyter monasterium clericorum mox instituit, & cepit viuere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam: præsertim, ut nemo ibi quidquam proprium possideret, sed distribuere-
tur vnicique, prout ei

opus foret. Hæc est regula illa toto orbe notissima, quam proprio, atque peculiari hæditariorumque eorum iure profitetur Canonici Regulares Lateranenses: quam & postea ob sui excellentiam, & eam quam continet vtriusq; nimirum actiue & contemplatiue vitæ, perfectionem, ac saluberrimas & suavissimas institutiones, plurimi alij postea, & canonici, & alij sibi assumpserunt re religiosi ordines, sub eiusq; certissimo ac præclarissimo ductu vota sua altissimo suaviter persoluant. **¶** Itaque avidissime. 46.

Lectio quinta.

PRæsbytero itaq; Augustino Valerius, natura Græcus atq; ob id in Latina lingua minus exercitatus, facultatem

dedit coram se, verbum Dei in Ecclesia prædicandi ac frequentissime tractandi. Quod quidem licet in Africana ecclesia minime fieri consueuisset, ideoque illi nonnulli episcopi detraheret tamen hoc postea commoti exemplo, alij quoq; præbyteri accepta ab episcopis potestate, idem coram eis acriter cœperunt. Cum autem multæ vigerent hæreticorum sectæ: eas & publice & priuatim cœpit, & scriptis & sermonibus insectari atq; destruere. Atque inter cæteros Fortunatû Manicheæ hæresis disseminatorem præcipuum, & gre licet ad conflictum venientem, tamen suorum precibus & instantia victum, in publico omnium conuentu ita

superavit vt deinceps
confusione affectus nū-
quam ad eam ciuitatē
redire ausus fuerit. *℞.*

Misit ergo dominus. 47.

Lectio sexta.

Ex sermone sancti Au-
gustini Episcopi
Patris nostri.

*De disquisitione & com-
muni vita clericorum
ad populum Hipponen-
sem tom. 10. serm. 1.
post initium.*

EGo quem Deo pro-
pitio videtis Epif-
copum vestrum, iuue-
nis veni ad istam ciuita-
tem, vt multi vestrum
nouerunt: & quærebam
vbi constituerem mo-
nasterium, & viuerem
cum fratribus meis.

Veni ad istam ciuitatē
propter videndum ami-
cum quem putabam me
lucrari posse Deo, vt no-

biscum esset in monaste-
rio. Quasi securus per-
ueni, quia locus habe-
bat Episcopum. Appre-
hensus & præsbyter fa-
ctus, per hunc gradum
perueni ad episcopatū.
Non attuli aliquid, nec
veni ad hanc ecclesiam,
nisi cum his indumentis,
quibus illo tempore ve-
stiebar. Et quia hic dis-
ponebam esse in mona-
sterio cum fratribus:
cognito instituto & vo-
luntate mea, beatæ me-
morix senex Valerius,
dedit mihi Hortū illum
in quo nunc est mona-
sterium. Cæpi boni
propositi fratres colligere,
compares meos,
nihil habentes, sicut ni-
hil habebam: & imi-
tantes me, vt quomo-
do ego tenuem pauper-
tatem meam vendidi,
& pauperibus erogavi.

fic facerēt & illi qui mecum esse voluissent, vt de cōmuni vueremus.

Re. Volebat enim. 47.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. c. 5.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit in qua salietur. Et reliqua.

De homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Ex homil. x. cap. quinti sub mediū tom. 2.

Lucis autē opus est, ipsas soluere tenebras, & ea quæ fuerunt in tenebris illustrare. Sic & Apostoli ceteriq; Doctores, sal quidem sunt populi Christiani iam cognoscens Deū, seruantes eum in ipsa agnitione Dei & sanctitate, id est terræ culturæ,

quæ iam verbo Crucis quasi vōmeri, Aratroq; subiecta est. Lux autem sunt gentium, producetes eas ad scientiæ lunē vel cæterorum, qui forte in ecclesia ceciderūt in tenebris peccatorū.

Re. Vulnerauerat. 48.

Lectio octaua.

Item bona conuersatio sacerdotis sine verbo, tenet quidē sanctos in sanctitate per suum exemplum. Adducere autem ignorantem ad scientiam veritatis non potest. Item verbū quidem ignorantem, adducere ad scientiam veritatis, & sine conuersatione bona potest: tenere autem in fide vel sanctitate absq; bona conuersatione non potest: magis autem & scādalizat: sicut in sequentibus ostēdemus. *Re. Accepta. 48.*

Lectio. ix.

ERgo propter bonam conuersationem suam sacerdotes sunt sal: quoniam bona conuersatio sacerdotum conditura populi est. Propter verbum autem doctrinae lux, quoniam verbum, ignorantiae lumen est. Prius autem vocauit eos sal, postea autem lux, aut quia prioris loci est seruare quos habes, secundi autem vocare quos non habes. Aut quia prius est bene viuere, secundum autem bene docere. Nam per bonam conuersationem ascenditur sine dubio ad scientiam, a scientia autem nescio si ad bonam conuersationem omni modo veniatur. Tu autem domine.

¶ Ad Vesperas sic come.

S. Egidij Abbatis. Antiphona.
Simitabo eum. *¶ Antiphona.*
uit eum Dominus. *Et ad Laudes. Antiphona.*
Euge serue bone. *¶* Iustum deduxit Dominus. *Oratio.*

Intercessio nos quaesumus Domine beati Egidij Abbatis commendet, ut quod nostris meritis non valeamus eius patrocinio assequamur.

Deinde sanctorum duodecim fratrum martyrum.

Antiphona. Istorum est enim. *¶* Laetamini in Domino.

Et ad Laudes Antiphona.
Vestri capilli capitis.

¶ Exultabunt. Oratio.

Fraterna nos Domine martyrum tuorum corona laetificet, quae & fidei nostrae praebet incrementa virtutum: & multiplici nos suffragio consoletur.

Per Dominum nostrum.

FESTA SEPTEMBR.

Die 1. F.

QUARTA DIE.

Intra octauā. S. August.

*In primo Nocturno leguntur lectiones de scriptura occurrenti.**In secundo Nocturno.**Lectio iij.***H**is viri virtutibus hac pietate, & doctrina comotus

Valerius, cum praesertim se infirmum valde, ac senem videret, timeretque ne ab alijs praesumeretur ecclesijs (quod & factum aliquando fuisset, nisi hoc cognito ipse episcopus eum secedere ac delitescere, ita ut minime ab inquiringibus inueniretur, fecisset) eum episcopalis officij adiutorem impetrato ad id Prima

tistotius Africæ Carthaginensis episcopi rescripto, adhibuit. Iam vero accensa & ardens lucerna super candelabrum eleuata, in totius ecclesiae domo splendescere, atque claritatis suae radios coepit vsquequaque diffundere: ita ut nedum in Africana, sed & in transmarina, atque etiam Orientali ecclesia mirifice per omnes, & collatarentur, & eius proficerent salutaribus doctrinis, & exemplis. *Re.*

Itaque audissime. 46.

*Lectio v.***S**ed & nedum, luminare hoc maius, tanquam alter sol in caelo micans, suos ubique diffundebat radios: sed & minores stellae, eius nepe monasterij clerici) quos & statim episcopus factus eadem semper habere domo, comunique secum voluit ali ac vestiri

mensa & sumptibus ad alias, & per eos ex suis pariter collegijs, alijs ad alias asciti atq; promoti & cathedrales, & minores ecclesias, omnes sua vbiq; diffundebāt lumina: ita vt ppagatis quotidie sacrę huius plantationis fructib⁹, omnino reuirescere, atque caput attollere, quę iam diu disiecta atque oppressa iacuerat. Africana visa sit ecclesia. **Re.** Misit ergo. 47.

Lectio sexta,

Ex sermone sancti Augustini Episcopi patris nostri.

De disquisitione & cōmuni vita cleric. tom. 10. serm. 1. cap. 1. in fine.

Pervenit ad episcopatum, & vidi necesse habere episcopum exhibere humanitatem assiduā quibusq; veniētib⁹,

sive trāseuntibus. Quod si non fecissē, episcopus inhumanus dicerer. Si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset, indecens esset. Et ideo volui habere in ista domo episcopi mecum monasteriū clericorū: ecce quomodo vivimus: nulli liceat in societate nostra habere aliquid propriū. Nemo det byrrum vel lineam tunicā, seu aliquid, nisi in commune: de cōmuni accipiam mihi ipsi, cū sciā cōmune me habere velle quidquid habeo. Quomodo ergo quicumque voluisset extra manere, & de suo vivere non tollerem ei clericatum: ita modo quia placuit illis Deo propitio socialis hęc vita, quisquis cū hypocrisi vixerit, quisquis inuentus fuerit habens

proprium non illi permitto vt inde faciat testamentum, sed delebo eū de tabula clericorū.

Re. Volebat enim. 47.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio septima. c. 5.

In illotempore: dixit Iesus discipulis suis: vos estis sal terræ: quod si sal euauerit in quo salietur. Et reliqua.

De homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Homil. x. ex cap. 5. sub medium.

Propterea scientes quidem sine timore Dei multos videmus: timentes autē Deum, sine scientia nullos videmus. Aut quia ppter ludæos priores dicti sunt sal, nō adducentes eos ad scientiam Dei, sed condiētes ipsos in ipsa sciētia: lux

autem propter gētes in secundo loco vocatas.

Re. Vulnerauerat. 48.

Lectio octaua.
IDeo & per comparationem cōgruā introducēs addidit, dicens. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita. Quāuis enim ipsa uoluerit esse velata, mons ipse qui portat eam, facit eam omnibus manifestam. Sic & Apostoli & sacerdotes, qui fundati sunt in Christo monte excelso, non possunt esse absconditi, & si uoluerint se abscondere, Christ⁹ ipse manifestat eos, qui baiulat eos.

Re. Accepta. 48.

Lectio nona.

Pro Sancto Egidio.
EGidius Atheniēsis regie stirpis, à primatate diuinis literis, & charitatis officijs ita

dedi-

deditus fuit, ut nihil pre-
 terea curare videretur.
 Itaque parentibus mor-
 tuis, totum patrimo-
 nium in pauperes eroga-
 vit quin etiam tunicam
 exiit, ut agrotum egen-
 tem tegeret, qua ille in-
 datus statim conualuit.
 Sed multis deinceps cla-
 rior miraculis, timens
 sui nominis celebritate,
 Arelate ad beatum Cæ-
 sarium contendit: a quo
 post biennium discedens
 secessit in eremum, ubi
 diutius herbarum radi-
 cibus, & ceruæ lacte, quæ
 statis ad eum horis veni-
 ebat, admirabili sancti-
 tate vixit. Quæ cerua in
 sequentibus quodam die
 canibus regijs, cum in an-
 trum Egidij refugisset,
 Galix regem impulit,
 ut ab eo summis precibus
 peteret, ut in loco speli-
 cæ monasterium intrui-

pereretur. Cuius admi-
 nistrationem, flagitate
 Rege, inuitus suscepit,
 eoque munere aliquot
 annis prudenter pieque
 gesto, migravit in cælum.
 Tu autem Dñe.

Septembris 2. G.

QVINTA DIE

Intra oct. S. August.

In primo Noct. legun-
 tur lect. de script.

occurrenti.
 In secundo Nocturn.
 Lectio quarta.

Quas vero non de-
 bellavit hæreses,
 quæ non prostravit hæ-
 reticorum môstra alter
 hic hoster inuictus Her-
 cules, ecclesiæ propugna-
 culum, malleus hæreti-
 corum & Manichæorum
 & confutavit hæreses, &
 abominanda, quæ inter
 illos occulte gerebantur

turpia detegēs, eostoti mundo reddidit abominabiles. Donatistas tūc temporis in Aphrica inualescētes, ac maiorem Aphrorum partem rebaptizātes, nullibi passus consistere, omnino comminuit atq; disiecit. Circuncellionum furorem ubiq; debachantium, & rebus ac hominib⁹ ipsis, per vrbes, & per agros damna infinita vsque ad sanguinis effusionem accedes inferentium, invocato etiam ad id brachij secularis auxilio cōpescuit. *R.* Itaq; audivissime. 46. *Lectio.v.*

Quibus & adeo fuit infensus. vt publice dictitarent, velut lupum gregis vastatorem eum occidēdum, omniaq; à Deo illis indubitāter peccata dimitti, qui hoc perficere egregium

facin⁹ potuissent. Quod quidem & opere perpetuare sapius sunt admissi sed suum Deus nūquam deseruit famulum. Pelagianos, novos illorum temporū hæreticos, disputatores callidos, atq; arte subtili noxia, ubiq; erroris sui venena diffundentes, decennali laborans certamine perfundedit atq; detruit, ita vt nequm Aphricanarum Synodorum gestis damnarentur, sed & Romanorum etiam Pōtificū Innocentij ac Zozimi rescriptis ac decretis, ab ecclesie communione arcerentur atq; præciderentur: fauente atq; executioni mandante eorū decreta pijsimo Imperatore Honorio. Breuite, dicam, omnes omnino eius disputationibus, & scriptis

confutatae sunt haereses, omnes disiectae errorum tenebrae, & catholica patefacta, & illustrata est veritas. *R.* Misit ergo Dñs. 47. *Lectio. vij.*

Praedicabat autem verbum impraetermissae, alacriter ac fortiter (quod & vsq; ad ipsam extremam suam aegritudinem fecit) praedicabat inquam, non e formula, seu ex arida quadam, & praescripta, ac composita verborum consuetudine: sed potius vir deo plenus oratione praemissa, Deo sese commendans: in cuius manibus ut idem idem dicere solebat, sumus & nos, & sermones nostri e propitius cordis sui, ubi omnes scripturarum thesauros gerebat absconditos, in tempore suo, & noua & vetera proferebat, & unicuique, prout in

rem erat, suum applicabat sermonem. Quinimo sepe vi spiritus adeo quominime cogitabat, rapiebatur, ut ab incepta narratione omnino digrediens, aliquorum interim vel ignorans salutem promoueret. Quod & aliquando factum in nobili Manicheorum mercatore refert Possidonius: & ipse suum ita instituerat ecclesiam, & pleni sunt omnes eiusmodi digressionibus eiusdem libri. *R.* Volebat enim. 47

Quintio Nocturno.
Lectio sancti Evangelij secundum Mattheum.

Lectio. vij. cap. 5.
In illo tempore, Dixit IESVS discipulis suis. Vos estis sal terra: quod si sal euauerit in quo salietur. Et reliqua.
De homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

Homilia .x. ex .c.5. Mat
thæi circa medium.

Portæ autē eius sunt
Apostoli, de quibus
dictum est. Diligit Do-
minus portas Sion sup
omnia tabernacula Ia-
cob. Quia per illas tot⁹
populus intrat ad fidē.
Muri autem illius sunt
sacerdotes, cæteriꝫ do-
ctores: de quibus dicit
propheta ad hanc Hie-
rusalem spiritualem. Et
alienigenæ ædificabunt
muros tuos. Quoniam
ex gentibus vocati, facti
sunt sacerdotes & guber-
natores ecclesie.

ꝫ. Vulnerauerat. 48.

Lectio. viij.

Sicut enim muri om-
nem gētilium, & hæ-
reticorum impetū, ipsi
uscipiūt, qui tanquam
arrietibus quibusdam sic
assiduis persecutionib⁹
terunt clerum idest mu-

rum ecclesie. Et sicut
mortiferas sagittas, sic
insana verba peruersæ
cogitationis eorum de
impia cordis pharetra
procedentia, Doctores
quasi lapides viui fuscipiunt, & fidei virtute cō-
fringunt. ꝫ. Accepta.

48. Lectio. ix.

Hæc ergo ciuitas po-
sita est super mon-
tem: idest, Apostoli,
Propheta, cæterique do-
ctores ædificati sunt in
Christo. Mons enim
Christus est, de quo ait
Daniel. Ecce lapis ex-
cisus est sine manibus,
& factus est mons ma-
gnus, & occupauit to-
tam terram. Hinc alte-
ram comparationem
vult ostendere, quare
sanctos suos ipse Chri-
stus manifestat, & non
sinit eos esse abscondos.
Idest: quia nec qui ac-

cedunt lucernam: ideo
eam accendunt, vt po-
nant sub modio, sed su-
per candelabrum, vt lu-
ceat omnibus qui in do-
mo sunt. Tu autem.

Septembris 3 A.

SEXTA DIE

Infra oct. S. August.

*In primo Noctur. le-
guntur lectiones, de scri-
ptura occurrenti.*

*In secundo Noctur.
Lectio. iiii.*



Ausas semper
diligenter ac pie
audiebat & di-
rimebat inten-
dēs in ijs præsertim Chri-
stianorum momenta a-
nimorum, quantū quis
que vel in religione pi-
jsque actionibus profi-
ceret vel deficeret: da-
taq; opportunitate, di-
uinam eos legem sedu-
lo edocebat, cbedien-

tiam præsertim & cha-
ritatem cōmendās Deo
& hominib⁹. Pro aliquo
autem si forte apud ma-
iores potestates esset in-
tercedendum (quod ta-
men plerunq; etiā cha-
rissimis denegauit, di-
cens quod plerunq; pote-
stas quæ petit, præmit)
tanta id cum modestia,
& circūspectione, ac cau-
sa diligenter librata fa-
ciebat, vt eos apud quos
intercedebat in sui ad-
miratione rapiens, om-
nino cogere et petitis ac-
quiescere. Qua de re ne-
mo est tanti Patris stu-
diosus, qui memorabile
Macedonij ad ipsum Au-
gustinum testimonium,
apud Possidonium lege-
re non debeat, atq; me-
morix cōmendare.

Re. Itaque. 46 Lectio. v.

Domus ecclesiæ cu-
ram, omnēque sub

stantiam ad vices valentioribus demãdabat clericis: qui diligenter data & accepta annotantes, in fine anni explicatas ei afferebant rationes. Ipse vero magis eorum quos elegerat hãdem, quã rationes probationesq; sequebatur. Domũ vero vel agrũ, seu villam, nunquam emere voluit. Si quid tamẽ eiusmodi sponte vel legaretur, vel donaretur, accipiebat. Hereditates autẽ in graue filiorum vel propinquorum damnum ecclesie relictas, minime accipiebat. Fabricarum novarum nunquam illi studium fuit, quippe qui in illis deuitabat animi implicationem, quem semper ad cœlestia liberum habere volebat: non tamen illa volentes prohibebat, nisi modum exce-

dẽtes. Deniq; erat in ijs quẽ possidebat ecclesia, non amore intentus, vel implicatus cupiditate sed maioribus potius ac spiritualibus semper intẽdẽs vix aliquando seipsum ad hęc temporalia ab eorum cogitatione relaxabat, & deponerat. *Misit ergo. 47.*

Lectio sexta.

NE vero quisquã facili iuratione ad p̄iurium decideret, & in ecclesia populo prædicabat, & suos ita instituebat, vt nequis iuraret, ne modicum quidẽ. Quod si quis prolapsus fuisset, vnã de statutis amittebat bibendi portionem. Numerus enim erat lectum conuiuentibus poculorum præfixus. Disciplinam autem transgredientes, atq; a regula reiecta & honesta deuiãtes,

& arguebat & tolerabat
quantū decebat & oportebat: id præcipue docēs
& semper inculcans, ne
cuiusquā cor declinaret
in verba malitię ad excusandas excusatiōes in peccatis: & vt sibi vnusquisq; ex animo dimitterent, siquid forte inuicem haberent: alias minime à Deo talium exaudiri orationes. *R.*

Volebat enim. 47.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij
secundum Mattheum.

Lectio viij. c. 5.

In illo tempore: dixit
Iesus discipulis suis:
Vos estis sal terrę, quod
si sal euauerit in quo
salietur. Et reliqua.
De homilia sancti Ioan
nis Chrysostomi.

Hom. x. ex cap. 5.

Qui sunt accensores lucernę? Pater

& Filius. Quę est ista lucerna? Verbum diuinū de quo dictū est: lucerna pedibus meis verbū tuum, vt luceat id est, appareat, & illuminet eos, qui sunt vel in domo ecclesię, vel in domo omnium mūdānorū. Quod est candelabrū? ecclesia quę baiulat verbū vitę consequēter dicit Paul⁹ Inter quos lucetis sicut luminaria in sęculo, verbū vitę continentes, cōsequēter & omnis ecclesiasticus vir habens verbum Dei dicitur candelabrū. *R.* Vulnerauerat.

Lectio septima.

Modij autem sunt homines mūdiales, vacui à Deo & ab omnibus quę sunt Dei. Dicuntur autem modij, quoniā modij desuper quidem vacui sunt de subtus autem pleni sic

omnes

omnes mundi amatores
& carnis, in spirituali-
bus quidem & diuinis,
quæ superiora recte esse
dicuntur, vacui sunt &
insensatis in inferiorib⁹
autem, idest in mundia-
libus & terrenis, aliqua-
tenus pleni videntur &
sapientes. *R. Accepta.*
48. *Lectio nona.*

Propterea sicut in
modo si volueritis
aliquid reponere neces-
se est vt cadat deorsum
ad inferiora eius, & tene-
brosa: sic homini carna-
li & mundiali, & vacuo,
si dixeris aliquid quod
est Dei: non illud tenet
in superiore parte men-
tis suæ, aut cordis, nec
portat illud in ore, sed
confestim cadet de men-
te eius & corde deorsum
in terrena & tenebrosa,
vt nec illi profit nec ali-
js. Tu autem dñe.

¶ Ad Vesperas. Ant.
etate. Cum reliq. Ps.
Dixit dominus. Confi-
tebor. B eatus vir. Lau-
date pueri. Laudate do-
minum omnes gentes.
Capit. & reliqua vt in
primis vesp. dici.

Septembris. 4. B.
IN OCTAVA S.
August. Episc. P. N.
Oia dicuntur sicut in die.
Exceptis, & lectionibus,
& viij. responsorio.
¶ In primo Nocturno.
De libro. Ecclesiastici.
Lectio prima. c.

Sapientiam omnium an-
tiquorum exquiret sa-
piens, & in prophetis vaca-
bit. Narrationem virorum
nominatorum conseruabit
& inuersutas parabola-
rum simul introibit. occul-
ta puerbiorum exquiret,
& in absconditis para-
bolarum couerlabitur.

In medio magnatorū mi-
nistriabit, & in conspectu
præsidijs apparebit. In
terram alienigenarum
gentium pertransiet, bo-
na enim & mala in om-
nibus tentabit. *R.* In-
uenit se. 45. *Lectio ij.*

Cor iuum tradet ad
vigilandum dilu-
culo ad dñm qui fecit il-
lum, & in cōspectu altis-
simi precabitur. Aperiet
os suū in oratione & pro
delictis suis deprecabi-
tur. Si enim dñs magnus
voluerit, spū intelligen-
tiæ replebit illū: & ipse
tāquam imbres emittet
eloquia sapiētiae suæ, &
in oratione confitebitur
domino, & ipse diriget
consilium eius, & disci-
plinam, & in absconditis
iis cōciliabitur. 45. *R.*

Sensit igitur *Lectio iij.*

Isepalam faciet disci-
plinā doctrinæ suæ,

& in lege testamenti do-
mini gloriabitur. Col-
laudabunt multi sapien-
tiam eius, & vsq; in sæ-
culum non delebitur.
Non recedet memoria
eius, & nomen ei⁹ requi-
retur à generatione in
generationem. Sapien-
tiam eius enarrabunt gē-
tes & laudem eius enun-
ciabit ecclesia. *R.* Tūc
vero. 45.

In secundo Nocturn.

Lectio quarta.

An te proximū agri-
tudinis suæ extre-
mæ diem à se dictatos &
æditos recentuit libros,
sive eos quos primo cō-
uersionis tēpore adhuc
laicus, sive quos præby-
ter, sive quos episcopus
dictauerat: & quæcun-
que in ijs sibi minus pla-
cuerunt ipse met reco-
gnouit atq; reprehēdit.
Vnde & duo ædidit, re-

tractationū quæ inscripfit, volumina: cū nondum epistolas ac sermones ad populum retractare cœpisset. Eadem sub tempora, Vandalorum atq; aliarum barbararum nationum gens effera, post deuastatas Hispaniarum regiones, cum Aphricā inuasisset: omni sæuens crudelitate, nulli sexui, nulli parcens ætati, non ipsis Dei sacerdotibus ac ministris, non sacris virginibus: omnia ferro atque incendijs deuastabant.

R. Itaque. 46.

Lectio quinta.

Hanc verò crudelissimam grassationē vir Dei, non vt ceteri homines, temporarias tantum cedes & damna, sed in ijs altius, atq; profundius, animarum præsertim iacturas, ecclesiarū

deuastationes, sacerdotum atq; ministrorū destitutiones considerās. amarissimam ac lugubrem, præ cunctis vitæ suæ diebus, vitam ducebat. Post deuastatas igitur atq; consumptas innumerabiles Aphricæ vrbes, ita vt solæ incolumes superessent cum Carthaginensē, Circēsis, & Hipponēsis ecclesia, ad hanc quoque peruenit barbaric⁹ furor. Quo toto tempore orationi atq; obsecratiōi cū filijs suis vacans beatissimus Pater, illud suppliciter Deum deprecabatur, vt vel ciuitatem ab hostib⁹ liberare, aut seruos suos ad perferendam eius voluntatem fortes facere aut certe se de hoc saculo ad se accipere dignaretur. *R.* Misit ergo. 47

Lectio sexta.

ET ecce tertio eius
obsidionis mēses fe-
bribus decubuit, quibus
cū exerceretur, ante di-
es ferme decē quā ē cor-
pore migraret vtnequis
ad eū ingrederetur po-
stulauit, nisi cum vel ac-
cederet medicus, vel ci-
bi inferrentur, quod &
factum est: totoq; illo
tēpore orationi profu-
sis lacrymis intētissime
vacabat. Mēbris demū
omnibus ac sensibus in-
columis adstātibus fra-
tribus, & cū eo pariter
orātibus, in pace obdor-
miuit. O in pace, O in
idipsū, O qui dixit: dor-
miam, & somnū capiā,
quo & aliquando in hac
vita ineffabili adeo cū
suauitate suspirauerat
ac modice degustaue-
rat: iā plene expertus, iā
pleno ore bibens ad fon-
tem vitæ, ad gaudia se

pervirētis paradisi, quo
& nos aliquando, licet
immerito tamen ad se
suspirantes, castissimis
suis, ac Deo, quem in
hac vita adeo dilexit,
carissimis precibus per-
ducere dignetur. Per
Christum dominum no-
strum. Amen. *℞.* Vo-
lebat enim. 47.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Euangelij
secundū Mattheum.

Lectio vij. c. 5.

IN illo tempore: dixit
Iesus discipulis suis:
Vos estis sal terræ: quod
si sal euauerit in quo sa-
lietur. Et reliqua.

De homilia sancti Ioan-
nis Chrysostomi.

*Ex hom. x. c. 5. in Mat-
theum iuxta medium.*

SI autem & aliqua tē-
tatio facta fuerit pro-
pter verbū veritatis sta-
tim reuersatur in terrā,

& aspiciēs terram, quasi modius, verbū Dei sub se tenet absconditum. Reuersatus est enim, & aspiciens terram, & abscondens verbum sub se, quando propter aliquā causam terrenam non est ausus palam proloqui fidei veritatem, aut iniurias carnales timēs, aut mortem, aut dāna, aut cætera, quæ obstruunt carnales homines vt verbū quod crediderūt, libere non audeāt profiteri. *R.* Vulnerauerat.

48. *Lectio octaua.*

Nunc autem sciens, quoniā ille est laudabilis doctor, qui facit quod docet, addidit & dicit. Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videāt opera vestra, bona, & magnificent Patrē vestrum qui in celis est. Id est, sic illuminate, do-

cete, non vt verba vestra tantum modo audiant homines, sed vt opera vestra bona videāt, vt quos illuminaueritis per verbum quasi lux, cōdiatis per exempla, operum vestrorum, quasi sales. Quoniā qui docet & facit quod docet, vere ille docet: qui autē nō facit quod docet, non aliū docet sed seipsum condemnat. *R.* Verbū Dei vsq; ad vltimā suā ægritudine impretermisse, alacriter sana mēte, sanoq; cōsilio, in sancta ecclesia p̄dicauit. Mēbris oībus sui corporis incolumis, integro aspectu, atq; auditu, corā positis fratribus atq; oratibus dormiuit cū patribus suis. *V.* Testamentū nullum fecit, quia vnde faceret pauper Christi non habuit. Membris omnibus.

Gloria Patri. Membris omnibus.

Lectitio nona.

ET melius est facere, & non docere: quā docere & non facere: quoniam qui facit, & si tacuerit, aliquos corrigit suo exemplo: qui autem docet & non facit, non solū neminem corrigit, sed adhuc multos scandalizat. Quis enim non moueatur ad peccandum, cum viderit ipsos Doctores pietatis peccantes? Ergo per illos quidē Doctores qui docent, & faciunt, magnificatur Deus: per eos autem, qui docent, & non faciunt, blasphematur.

Tu autem Domine.

Ad Laudes & per horas omnia sunt sicut in die.

Ad Vesp. Añā.

Post mortem matris.

Cum reliquis de Laud.

Psalm. Dixit Dominus. Confitebor. Beatus vir. Laudate pueri. Meméto Dñe.

Reliqua sicut in die.

FESTA OCTOBRIS.

Die. 10. C.

Sancti Ioannis cōfess.

Adesto Dñe supplicationibus nostris: quas in beati Ioānis cōfessoris tui solēnitare deferimus: vt qui nostræ iustitiæ fiduciā non habemus, eius qui tibi placuit precib⁹ adiuuemur Per Dominum nostr.

Deinde fit sequēs cōm. pro ss. Dyonisio & ceteris. Añā.

Gaudent in cœlis animæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt sequuti: & quia pro eius amore sanguinem suum fuderūt, ideo cum Christo exultant

sine fine. **Y** Exulta-
bunt sancti in gloria. **R.**
Lætabuntur in cubilib⁹
suis. **Oratio.**

DEus qui hodierna
die beatum Dyo-
nysium martyrem tuum
atq; Pontificem, virtute
constantia in passione
roborasti, qui que illi ad
prædicandum gentibus
gloriam tuam Rusticū
& Eleutherium sociare
dignatus es: tribue no-
bis quæsumus, ex eorum
imitatione pro amore
tuo prospera mundi des-
picere & nulla eius ad-
uersa formidare. Per
dominum.

In primo Nocturno.
Leguntur lectiones de
scriptura occurrenti

In secundo Nocturno
Lectio quarta.

IOannes in Anglia ho-
nestis parentibus na-
tus, à puerilibus annis

Christi vestigia imitari
toto affectu cupiens, dū
à scolis literarijs, quib⁹
diligentissime vacabat,
& mirabiliter in eis pro-
ficiebat, dimitteretur,
ad ecclesiam confugiēs,
orationi deuotissime in-
tendebat, ac diuinæ om-
nino peragenda volun-
tati ex imo cordis fun-
do sese resignabat. Qui
adolescens iam factus,
Canonicorū Regulariū
institutū, in celebri tunc
Sanctæ Mariæ à Brid-
lintonæ cœnobio pro-
fessus, tanta cum humi-
litate, patientia, & cha-
ritate, cuncta eius insti-
tuti munia peragebat,
laboribus abstinentijs,
vigilijs, ac sacrarum li-
terarum studijs, infatiga-
biliter se exercēs, vt om-
nibus admirationi esset,
simul & amor. Quare
præpositus morū, in eo

grauitatem, vitæ sancti-
moniam simul ac pruden-
tiam diligentiamq; cõ-
siderans, & eonũ eum
constituit. **Resp.** Iste
est qui. 7.

Lectio quinta.

Quo in munere, so-
lertissime se gerens
non tamen à diuinis die
noctũq; in choro persol-
uendis laudibus, nisi ar-
duo detentus negotio
se se subtrahebat. Creue-
rat autem cum eo ab in-
fanzia miseratio ita vt
pietatis viscera indutus
egenis quãtum poterat
incessãter ex ecclesiæ su-
persuis succurreret. Vn-
de cum in vicinia ino-
pibus quibusdam, dum
exire cõtingeret, panes
aliquot secum asportãs,
clam erogaret, contigit
vt ab exploratoribus, id
præposito denunciare-
tur. Qui quanquam eius

secretorum conscius e-
xeuntem è monasterio
nonnullis adhibitis ex
senioribus circumueni-
ens, quid illud esset, quod
subtus gerebat, interro-
gavit. Ipse autem soli
Deo bona eius opera cu-
piens cognita, vt sim-
plex & innocens, cum la-
pides esse respondisset,
quos ad sarcinendam viã
extra portã deferebat:
prolati illico ad nutum
patris, pãnes in lapides
sunt conuersi. Quo fa-
cto & delatores humi
prostrati veniam petie-
runt, & ipse in sua am-
pli⁹ est humilitate deie-
ctus. **R.** Amavit eũ. 7.

Lectio sexta.

Electus autem po-
stea in prepositum,
antiqua mox in mona-
sterio suo Apostolicæ
perfectionis exemplare
formauit, suo ceteros

ad id trahens exemplo. Expleto cōpletorio vsque ad mane non nisi virgine de causa cum aliquo loquebatur. Ad matutinales preces ceteros præueniēs in choro aliquandiu deuotis meditationibus insistebat: quibus & peractis vsq; ad diei crepusculum, cōtemplationibus pariter vacabat. Suorum sæpe in spiritu intuebatur, excessus subditorum, quos naçta occasione, prudētissime corripiebat, Peractis autem in præposituræ munere egregie annis viginti, ætatis suæ anno quinquagesimo sexto graui correptus ægritudine, cum paulo post se moriturum præcognouisset: sumptis sacrosanctis mysterijs: dum canonicos suos ad pacem & concordiam, ac

regulam obseruatiā præcipue vero ad gestanda iugiter in viscēribus Domini saluatoris vulnera. & sanctorum exempla esset cohortatus, innocentem creatori animam reddidit, miraculis etiam in hac vita clarus. *Ps.* Iste homo. 8.

In tertio Nocturno legitur homil. in Euange.
Nolite timere.

De cōmuni.

In vesperis à cap. sit de sequenti festo.

Die. II. D.

Prima Translatio Sancti Patris Aug.

Omnia dicuntur sicut in alio festo Februarij
4. Excepta Oratione & lectionibus quæ dicuntur vt infra.

Oratio.

CON-

CONCEde nobis
quæsumus omni-
potens Deus san-
cti Patris nostri Augu-
stini deuota trāslatione
gaudere, cuius patrocini-
o saluari te adiuuante
confidimus. Per Dñm,
*Deinde fit cōm S. Ioan-
nis. An̄a.* Hic vir despici-
ens mūdum. *✠* Iustum
deduxit Dominus.

Oratio vt supra.

*¶ In primo Nocturno
legūtur lectiones de scri-
ptur. occurrenti.*

¶ In .ij. Noct. Lect. .iiij.

Beatissimus Pater ac
dux noster inclitus
Augustinus, cum post in-
numeros in huius vitæ
stadio egregie desuda-
tos labores, post effuga-
tas errorum atque hære-
sum vniuersas fere tene-
bras, atque illustratam
redū limpidissimis do-
ctrinæ suæ radijs, sed &

sanctissimis morū exē-
plis Ecclesiā, plurimos-
q; virtutum suarum reli-
ctos saltē pro parte, dis-
cipulos atque successo-
res, in pace obdormis-
set: oblatū est pro eius
corporis depositione à
sanctissimo Calamense
episcopo Pōis: donio sa-
lutare sacrificiū, atq; se-
pulturæ honorifice tra-
ditus est in ecclesia sua
Diuo Stephano proto-
martyri dicata. *R.* Inue-
ni David. 25. *Lectio. v.*

Cum autem elapsis
postea sexaginta
ferè annis Diuus Fulgē-
tius Ruspētis episcopus
Doctor illustrissimus &
fidei Catholicæ propu-
gnator indefessus a Tor-
limundo Vandalorū Re-
ge Arriana hæresi infe-
cto, contra Catholicos
persecutionem instaurā-
te, atque eorum templa

clau-

claudente, vna cum centum viginti episcopis & innumerabilibus alijs fidelib⁹, ob eiusdem fidei catholice defensionem. In sardiniam missus est in exilium: sanctissimi Patris Augustini corp⁹ venerabile, ac alias non nullas sanctorū reliquias secū deuotissime trāfluit, atque honorifice, quantum potuit, collocavit. *℞.* Posui adiutorium. 24.

Lectio. vj.

QUAE autem ibi & diderit miracula, quas curationes, quæ signa, tametsi nullo compertum habeamus certiore testimonio: vero tamen est simile atq; pie credendum, Dominum, qui mirabilis est & gloriosus in sanctis suis: ibi quoq; iuxta incolarum deuotionem sanctitatis

eius atq; glorificationis indicia non omnino occultasse: donec ad eminentiorem atque nobiliorem sanctæ ecclesiæ locum, sancti videlicet Apostolorum principis Petri in cælo aureo Regiæ ciuitatis Papiæ templum trāsatus, toti mūdo circūspectabilis, vniuersis ad se confugientibus charismatū atq; munerum quæ à Deo possidet innumera beneficia largissime impertiret.

Quorum & nos merito participes efficiat, qui cū Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per infinita sæculorū sæcula. Amen. *℞.* Iste est qui. 24.

In tertio Nocturno legitur homilia super Euangelium. Vos estis sal terræ. De communi Doctorum.

FESTA NOVEMBR.

Commemoratio sancti

Patris Augustini.

Offic. sic vt. 7. habetur.

Die 19. A.

Sancti Frigidiani Episcopi
& confessoris. Oratio.

Sancti Frigidiani confessoris tui, atq; pontificis quæsumus Domine, precibus adiucemur, vt cuius merita celebramus, eius continuum salutis sentiamus auxiliũ. Per Dominum nostrũ.

Deinde in eom. Benedictionis basilicarum Petri & Pauli. Añã.

Quam metuendus est locus iste, vete non est hic alud nisi Domus dei & porta cæli. **V.** Demũ tuã Domine decet sanctitudo. **R.** In longitudine dierum.

Oratio.

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui cõsecrationis reparas diẽ & sacris semper misterijs representas incolumes, exaudi preces populi tui, & præsta vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur cuncta se impetrasse lætetur.

Postea sancti Pontiani. Añã. Ille sanctus.

Gloria & honore. Et in Laudibus. Añã. Qui edit. **V.** Iustus vt Palma florebit.

Oratio.

Infirmiãtatem nostram respice Omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat beati Pontiani martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno leguntur lectiones quæ occurrunt per Ordinem, in officio de tempore.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Frigidianus Vltoniæ Regis, quæ pars est Scotiæ filius, cum eum pater matrimonio vellet iungere diuino irradiatus lumine, Romam peruenit. Vbi à Pelagio primo per benigne exceptus ab eodemq; clericali superpelliceo indutus, in Lateranensi ecclesia cum regularibus canonicis aliquandiu religiosissime est commoratus. Qui ecclesiasticas consuetudines & Apostolicos Canones, ut erat ardentis ingenij, memoria comprehendens, breui & diuinis scripturis, & morum disciplina apprimè eruditus in pa-

triam reuertitur. Vbi insignem cõstruens ecclesiam, canonicosq; ibi regulares constituens, orationi contemplationi, prædicationi, eleemosynis præterea, alijsque pijs actionibus adeo vacabat, ut per vniuersam insulam nominis eius sanctitas celeberrima haberetur.

R. Inueni David. 23.

Lectio quinta.

Qui postea in Thusciam se conferens, cum lucam peruenisset, morum ibi suorum odorem optimum diffundens, prædicationisq; verbo sitientes irrigans animos, ita ab omnibus & clericis & ciuibus venerationi est habitus, ut illis expetentibus, mandante Romano Pontifice Episcopalem cathedram suscipere sit

compulsus. Quo in munere, cum prædicationi infisteret, diuinum cultum promoueret, pacem in clero & populo studiosissime seruaret, pauperum curam gereret, hospitalitatem amaret, adeo succensa est incolarum in eum deuotio, ut viginti octo annorum spatio, quo episcopale tenuit sedem, viginti octo pariter baptismalium plebium ecclesias ubi in numeras domino animas lucraretur: construeret atque consecraret. Quem in numeris dominus decorauit miraculis, ut & diuus scribit Gregorius, & testatur ingentis molis lapis, qui adhuc in eius templo conseruatur, qui ad eius precem, cum alias nullo pacto amoueri posset nullo negotio est translatus, & suscita-

ti mortui, & alia. *Re.*

Posui adiutorium. 24.

Lectio vj.

Post multos denique transactos labores, ad optatam propinquans palmam, cum ad extremam horam deuenisset, suos intimo cordis affectu cohortatus, oras & psallens dulciter in domino obdormiuit. Cuius corpus in ecclesia sancti Vincentij martyris, quam ipse à fundamentis extruxerat, quæ postea ipsi est sacra, sepultum, cum postea Pipini & Caroli temporibus à nobili quadam virgine prope se sepulta, esset contactum, surgens illico puella. Tollite, tollite, hinc me, exclamauit, quia super beatissimi Frigidiani corpus me posuistis. Indignum quippe est, ut tradendum vermibus cor-

pus.

pus sanctissimo corpore superponatur. Quibus dictis iterum obdormiuit. Et ita factum est, ut corpus quod annis ferme ducentis, incognitum permanserat, mirabiliter reuelatum: ab omnibus officiosissime veneraretur. *R.* Iste est qui. 24.

In tertio Nocturno legitur homilia in Euang. Homo quidam.

De comuni confess. ix. lect. de S. Pontiano.

Die 21. C.

Sancti Gelasij Papæ transfertur.

Die 24. F.

Sancti Prosperi Episc. & confessoris.

Oratio.

DEus qui beatum Prosperum, Ecclesie tue religiosissimum antistitem concessisti: da

nobis quesumus eius imitatione, in tuo sepe prospere magis habere seruitio. Per dñm nostrum.

Deinde fit com. Sancti Clementis. Añã.

Dedisti domine habitaculum martyri tuo Clementi in mari, in modum templi marmorei, Angelicis manibus preparatum, iter præbens populo terræ, ut enarrent mirabilia tua. *ÿ.* Iustus ut palma florebit. *R.* Sicut cedrus libani multiplicabitur. *Oratio.*

DEus qui nos annua beati Clementis martyrismi atque Pontificis solennitate letificas, concede propitius ut eius natalitia colimus virtutem quoque passionis imitemur.

Postea dicitur Chrysogono.

Añã. Iste sanctus. ÿ.

Gloria & honore. Et in

FESTA NOVEMBRIS.

Laud. Qui odit. **V.** Iustus vt palma florebit.

Orat o.

Adesto Domine supplicationibus nostris vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus beati Chrylogoni martiris tui intercessione liberemur. Per Dominum nostr.

Lectioes primi Noct.
de script. oscur.

In secundo Nocturn.
Lectio quarta.

De scriptoribus ecclesiasticis. fol. 44. fa. i.

Rosper natione Aquitanus, sancti Augustini discipulus, ac doctrinæ eius, nec non & stylli summus imitator atq; defensor, in Lateranensi ecclesia, defuncto iam ipso patre, Canonicus Regularis fuit: leonemque primum in conscribendis epistolis adiunxit. A quo

& propter vitæ sanctitatem, eruditionemq; singularem, Regij in Flaminia, vel vt alij malunt Regij in Calabria episcopus est constitutus. Quo in munere viginti duos annos, egregium ac vigilè pastorem se præbens, ad mortem vsq; sanctissime perseueravit corpusque eius in ea ciuitate vsque in hanc diem conseruatur & collitur. Hunc Gelasius in capitulo sancta Romana ecclesia dum eius opuscula præbaret virum religiosissimum appellauit.

R. Inueni David. 23.

Lectio v. & vj. Quid post Orionas. vt in communi Doctorum.

v. R. Posui adiutorium. 24. **vj. R.** Iste est qui. 24.

In tert. Noct. legitur
de homil. super Euang.
Vos estis sal terræ.

De eodē cōmuni no-
lectio de S. Cyrilo gono.

In Vesperis à cap. fit de
S. Catharina.

Die. 26. A:

Sancti Gelasij Papæ.

Fuit hoc festum, 21.

huius mensis.

Oratio.

EXaudi quæsumus do-
mine preces nostras
quas in beati Gelasij cō-
fessoris tui atq; Pontifi-
cis solēnitate deferim⁹,
& qui tibi digne meruit
famulari eius intercedē-
tibus meritis ab omni-
bus nos absolue pecca-
tis. Per dominum.

Deinde sic com. Sanctæ

Catherinæ. Añā.

Veni Sponsa Christi. V.

Diffusa est gratia.

Oratio.

DEus qui dedisti le-
gem Moysi in sum-
mitate montis Sinai, &

in eodē loco per sanctos
Angelos tuos corp⁹ bea-
tæ Catherinæ virginis &
martyristuæ, mirabili-
ter collocasti: præsta quæ-
sumus, vt eius meritis &
intercessione, ad montē
qui Christus est, perueni-
re valeamus.

Postea sancti Petri. Añā

Iste sanctus. V. Glo-
ria & honore.

Et in Laudibus Añā.

Qui odit. V. Iustus vt
palma fiorebit.

Oratio.

Infirmi-
tatem nostrā
respice oīpotēs Deus,
& quia pondus propriae
actionis grauat, beati Pe-
tri martyris tui atq; Pō-
tificis intercessio glorio-
sa nos protegat. Per D.

In primo Noct. legū-
tur lectiones quæ oc-
currunt in officio
de tempore.

In secundo. Nocturn

Lectio quarta.

Ex Catal. ss. lib. x. c. 77

Inualescente post obitū beatissimi Patris Augustini, sub Genserico Vandalorū Rege Arianæ sectæ perfidia, cū is vniuersam iam Aphricam suo subiugasset imperio, post cruentam nimis elericorū, ac catholicorum stragem, plurimi Diui Patris Augustini discipuli, & alumni, per varias propagati ecclesias, inter quos Gelasius Patre Valerio natus diuina reuelatione, Neapolim primū, deinde & Romam peruenerūt. Qui per benigne omnes a Leone primo excepti atque in ecclesia Lateranēsi collocati, canonicū ibi ordinem iuxta Diui Patris nostri Augustini regulam, & saluberrima instituta, instaurare cæ-

perunt. Vbi diutissime postea floruerunt & per octingentos annos ibidem perstiterunt plurimiq; ex ipsis ad summū Pontificatum, aliosque inferiores Episcopatus, ob præclara eorum merita sunt assumpti: licet eiecti postea denuo restituti, adhuc eiecti nomen tamen, & titulum, & omnia illi ecclesiæ cōcessa priuilegia, apostolica cōcessione retineāt.

ꝛ. Inueni David. 23.

Lectio sexta.

Gelasius Itaque cum quam plurimos ibi annos, mira sanctitatis, ac eruditionis opinione vitam egisset: mortuo Felice tertio, ad summū Pontificatus apicem est electus. Qui Pontifex factus, clerum quam maxime amauit, & auxit, ordinemque præcipue

ipsum Lateranensem locis & priuilegijs ampliauit, atque decorauit. Pauperum curam tantā habuit, vt nedū præsentium, sed & longe positorū nomina scripta haberet eisq; omnibus quā maxima poterat liberalitate subueniret. Ad exemplū etiam Patris sui Augustini, ecclesiam dedicauit Eufemiæ martyris in ciuitate Tiburtina. Dedicauit & Basilicam sanctorum Nicādi & Eleutherij via Lauicana, & basilicam sanctæ Mariæ via Lauentina, in fundo Crispi, vigesimo ab vrbe lapide. *R.* Posui adiutorium, 24.

Lectio septima.

HIC cū esset doctissimus, quinque libros cōtra Euticheten, & Nestoriū edidit, duos contra Arriū, orationes

præterea & epistolas admodum graues, & eloquentes, ecclesiæ vtilia decreta multa continentes. Manichæos, libris eorum cōbustis, proscripsit: vtriusque testamēti libros, ac Patrū scripta ab ambiguis authentica seperauit. Ordinum sacrorum administrationem, à mēse Decembri, quatuor temporum sabbathis attribuit. Episcopos sexaginta septē creauit. Canonem & præfationes Missæ, prosas & hymnos cāticis miscuit. Imperatore excōmunicato, eundem excōmunicari posse probauit. Plenus dierū in pace obdormiuit, cum sedisset, annos quatuor, menses octo, dies decē & octo: sepultus in basilica Apostolorum principis, decimo Kalendas Decem-

FESTA NOVEMBRIS

bris. Iste est qui. 24.

In tertio Nocturno.
homilia in Euangelium.

Vigilate quia nescitis.

De communi confess.

Pontif. Nona lectio de

S. Petro.

In secund. Vesperis ad

Magn. Ana. Dum esset

summus Pontifex.

̄. Iustum deduxit dñs.

FESTA DECEMBR.

Die 2. B.

Sancti Aniani Episcop

& confessoris.

Oratio.

DA quæsumus omn̄i

potens Deus, vt be

ati Aniani cōfessoris tui

atque Pontificis vene

randa solennitas & deuo

tionem nobis augeat &

salutem. Per Domi

num nostrum.

Et fit cōmemoratio fe

riæ si hoc festum in Ad

uentu celebretur.

Postea sanctæ Bibianæ

Ana. Veni Sponsa Chri

sti. ̄ Specie tua.

Et in Laudibus. Simile

est regnum cœlorum.

̄ Diffusa est gratia.

Oratio.

Indulgentiam nobis

quæsumus Dñe beata

Bibiana virgo & martyr

imploret, quę tibi grata

semper extitit, & meri

to castitatis & tuę pro

fessione virtutis. Per

Dominum nostrum.

In primo Nocturno le

guntur lectiones quę per

ordinem occurrunt in

officio de tempore.

In secundo Nocturno.

Lectio quarta.

Ex catal. sanct. lib. ix.

cap. xix.

Anianus vir nobilis

ac diues, cū ex A

phrica Alexandriam ve

niens naufragium per

tulisset, ad quendam cal

ceorum

eorum futóre deueniens artemq; illam ab eo edoctus adeo illi fuit charus, vt moriens, omnem illi supellectilem, ac vnicum filium commendaret. Interea cum Diuus Marcus Euangelista diuino nutu Alexandriam perueniret, dissolutumq; calceum Aniano consuendum tradidisset, Anianus operi intentus, seipsum subula, acriter in sinistra manu vulnerauit. Qui mox à beato Marco in nomine Domini Iesu sanatus ob idque ad Christum conuersus ab eodé in fide est instructus, atque baptizatus. *℞.*
Inueni David. 23.

Lectio quinta.

Qui post modum euangelicam doctrinam apprime eruditus clericusq; cū clerica-

li superpelliceo, ac post modum presbiter factus, à beato Marco in mandatis accepit, vt ne ab Apostolicis regulis discederet, sed in cōmuni vitam agens, suos quoq; discipulos in ea diligenter erudiret. Qui Pentapolim eius iussu accedens: cum aliquādo curiosius fœminas pretereuntes inspexisset, statim in seipsum commotus, dextrum sibi oculū subula vulnerauit. Adeo autem prædicatione suā miraculis illustrauit, vt & mōtem de loco ad locum, ad comprobādum Euāgelicæ scripturæ veritatem trāstulerit. Quo facto Rex eius regionis ad Christū conuersus, atq; baptizatus, eodem adhortante, per omnem prouinciam ecclesias ædificauit clericosque

FESTA DECEMBRIS.

ibi regulariter viuentes instituit. *R.* Posui adiutorium. 24.

Lectio sexta.

CVM autem Alexandriam ad Marcum redisset, Marcus eum lumine læsum videns, statim visui restituit, eumq; conuocato clero sibi successorem fore denunciavit. Qui mortuo illi succedens, infatigabiliterq; fructuosum se præbens, per omnem Egypti provinciam Euangeliū prædicans, infinitis coruscabat miraculis. Præcognocens autem diuinitus appropinquare peregrinationis suæ exitū, conuocato clero ac populo, id illis indicauit, Milonemq; discipulum suum sibi in episcopatu successurum. Et cū eos in Christiana pietate plenius esset adhortat⁹, die-

rum plenus in domino obdormiuit. Sepultus iuxta beatum Marcum. Cuius deinde corpus, Venetias translatum, in ecclesia sanctæ Mariæ charitatis conquiescit.

R. Iste est qui. 24.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. c. 17.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico vobis: Si habueritis fidē sicut granum sinapis, dicetis monti huic: transi hinc illuc, & transibit. Et reliqua.

Homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

Cap. 17. in Matthæum prope finem.

SI vero quispiam dicet: & quando montes transfulerunt? Respondebimus, quia mul-

to maiora fecerūt: multos enim mortuos excitauerunt: æquale quippe non est mentes transponere, & animam hominibus reuocare. Dicunt autem nonnulli, postea sanctitate illi multo minores, id repostulante fecisse. *℞.* Amavit eum Dominus. 25.

Lectio viij.

Vnde patet, quia si opus fuisset mōtes quoque transtulissent: ideo non dixit: transponetis omnino montes, sed transponere poteritis. Si autem non fecerunt, non est argumentum impotentia. Maiora enim ab ipsis facta non ignoramus: sed quoniam res non postulauerat noluerunt: quanuis possit etiam aliquid tale factum esse, & non scriptum. Non enim omnia

miracula sanctorum cōscripta sunt. *℞.* Iste est qui. 25.

Lectio nona.

Non ne igitur iniquies, tantam fidē tunc habebāt? Non certe. Ita enim imperfectiores erant, vt non semper iisdem essent: vnde Petrus quoq; modo beatificatur, modo increpatur: & reliqui quasi amentes castigantur: cū sermonem de fermento non intellexerint. Sic ergo & tunc ex imperfectione ipsorum accidit, vt maiore infirmitate lauguērent: quod sæpius ante crucem patiebantur. Tu autem Dñe.

Cōmemoratio sancti
Patris Augustini.

Officium sit vt.

Die

FESTA DECEMBRIS.

Die

29.

F.

In festo sancti Thomae Archiepiscopi Can-
tuariensis & Canonici Regularis.
Omnia sicut in Breviario.

In Commemoratione sancti Patris Augustini
quae fit singulis mensibus.

A Pontifice Max. indultum est ordini nostro
Canonicorum Regularium subscri-
ptum diploma.

Quolibet mense, quo alias non fiat de sancto Au-
gustino fiat de ipso semel, die prima, aliquo san-
cto non impedita, & quam (si fieri possit) non
precedat duplex aut semiduplex ut integras
sine alicuius praedicio, saltem priores vespe-
ras habere possit.

Ad Vesp. Ana. Psalmi
cap. & hymn de comu-
ni confess. *Ÿ* Ora pro
nobis beate Pater Au-
gustine. *R.* Ut digni ef-
ficiamur promissionib⁹
Christi.

Ad Magna in utriusque
Vesp. Ana.

Praesul sanctissime Au-

gustine, via morum, scri-
pturae secretum, Doctor
egregie lux Doctorum,
vitae nostrae decretum,
Roga mittissimè Christi
nos adire secretum.

Oratio.

DEus qui beatū Au-
gustinum ecclesiae
tuae, in exponendis sa-

eræ scripturæ mysterijs
Doctorem optimum, &
electum antistitem pro
uid. sti: da nobis quæsu-
mus, eius semper & do-
ctrinis instrui & oratio-
ne fulciri. Per domi-
num nostrum.

*Ad Matutinum. Inuitat.
& reliqua de communi
confess. Pontificum.*

*In primo Nocturno,
extra Quadragesimâ,
lectiones legantur de
script. occurr.*

*In Quadrages. vero.
Sapientiam antiquorû.
De com. Doctorem. 60.*

*In secund. Nocturno.
Quid post Orionas. vt*

ibidem.

*In tertio Nocturno
homilia super Euarg.
Vos estis sal terræ. De
eodem communi.*

*Ad Laudes & per horas
omnia sicut in cõmuni.*

*ÿ. Ora pro nobis beate
Pater Augustine. R.*

*Vt digni efficiamur pro-
missionibus Christi.*

Ad Benedictus. Ana.

Canon vitæ Canonicæ
lucerna nostris pedibus
roga Christum pro fa-
mulis, vt nostris adlit
mentibus, & in æterna
requie suis iungat agmi-
nibus.

Oratio vt supra.

FINIS.





SVFFRAGIA

Seu cōmemorationes quæ dicuntur in fine vespertinū & laudum ab octava Epiphaniæ, vsq; ad Dominicā Passionis exclusiue, & ab Octaua Pētecostes vsq; ad Aduentū exclusiue Dñicis ferijs & festis, nisi officiū sit duplex, aut infra octauas. Adiuncta commemoratione de Patrono, vel titulo Ecclesiæ pro illius dignitate.

DE SALVATORE

In vtriusq; Vesp. & Laud. Añā.

Saluator mundi salua nos, qui per sanguinē & mortē tuam redemisti nos. *γ*. Dirige nos Dñe in via tua.

R. Quia tu es saluator noster.

ORATIO.

Deus humani generis condi-
tor & redemptor, da quaesumus, ut te in omnibus, & super omnia diligentes, iugiter inspirantem lectemur.

DE CRUCE.

*In vtrisque Vesperis & Laudibus
Festi semiduplicis & simplicis ex
tra tempus Paschale.*

Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi.

V. Hoc signum Crucis erit in caelo.
R. Cum Dominus ad iudicandum venerit.

ORATIO.

Deus qui vnigeniti filij tui precioso sanguine, viuifica Crucis vexillū sanctificare voluisti; concede quæsumus, eos qui eiusdem sanctæ Crucis gaudent honore tua quoq; vbiq; protectione gaudere.

*Tempore Paschali in vtrisque
Vesperis. Antiphona.*

Crucem sanctam subiit, qui infernum confregit, accinctus est potentia, surrexit die tertia. Halleluia.

Et in Laudibus. Antiphona.

Crucifixus surrexit à mortuis, & redemit nos. Halleluia. halleluia.

Ver. Dicite in nationibus. Hallel.

Re. Quia Dominus regnavit à ligno. Halleluia. *Oratio.*

Deus qui pro nobis filium tuum
Crucis patibulum subire vo-
luisti, vt inimici a nobis expelleres
potestatem: Concede nobis famulis
tuis: vt resurrectionis gratiam con-
sequamur.

*In vtrisque Vesp. & Laud. officij
ferialis, Asia.*

Per signum Crucis, de inimicis
nostris, libera nos Deus noster.

Ver. Omnis terra adoret te & psal-
lat tibi. *Ps.* Psalmum dicat nomi-
ni tuo Domine.

ORATIO.

Perpetua nos quaesumus Domi-
ne pace custodi, quos per lignum
sanctae Crucis redimere dignatus es.

DE SANCTA MARIA.

In vtrisque Vesp. & Laud.

Añ. Sancta Maria succurre miseris
iuua pusillanimes, refoue flebiles,
ora pro populo, interueni pro cle-
ro, intercede pro deuoto foemineo
sexu, sentiant omnes tuum iuua-
men, quicunq; celebrant tuam san-
ctam Commemorationem.

v. Ora pro nobis sancta Dei geni-
trix. **Re.** Vt digni efficiamur. **Oratio.**
promissionibus Christi.

Concede nos famulos tuos q̄
sumus Domine Deus, perpe-
tua mentis & corporis sanitate gau-
dere, & gloriosa beatæ Mariæ sem-
per virginis intercessione, a præsen-

ti liberari tristitia, & æterna perfru-
lætitia.

**¶ Ab octaua Epiphaniæ vsque ad
Purificationem. ʒ. Post partum
virgo inuiolata permansisti.**

R. Dei genitrix intercede p nobis.

ORATIO.

DEus qui salutis æternę beatę
Marię virginitate fœcunda
humano generi præmia præstitisti
tribue quesumus, vt ipsam pro no-
bis intercedere sentiamus, per quã
meruimus auctorem vitę suscipe-
re Dominum nostrũ Iesum Chri-
stum filium tuum.

DE APOSTOLIS.

In vtrisque Vesperis. Añã.

Petrus Apostolus, & Paulus doctor
gentium, ipsi nos docuerunt lege
tuam Dñe. **ŷ.** Constitues eos
principes super omnem terram.

Rs. Memores erūt nominis tui dñe.

Ad Matutinum. Añã.

Gloriosi principes terræ, quomodo
in vita sua dilexerunt se, ita & in
morte non sunt separati.

ŷ. In omnē terrā exiuit senus eorū.

Rs. Et in fines orbis terræ verba eorū.

ORATIO.

DEus cuius dextera, beatum Pe-
trum ambulantem in flucti-
bus ne mergeretur, erexit: & coapo-
itolū eius Paulum, tertio naufragā-
tem, de profundo pelagi liberauit:

exaudi nos propitius, & concede vt
amborum meritis æternitatis glo-
riam consequamur.

DE S. VINCENTIO.

In vtrisque, Vesper. & Laud. Añã.

O beate Vincenti martyr Christi
fidelissime pro cuius amore sæuif-
sima pœnarum genera constanter
pertulisti, sis pro nobis, petimus,
apud Deum intercessor.

V. Ora pro nobis beate Vincenti.

R. Vt digni efficiamur promissio-
nibus Christi.

Oratio.

Adesto Domine supplicatio-
tionibus nostris, vt qui ex ini-
quitate nostra reos nos esse cognos-
cimus beati Vincētij martyris tui

intercessione liberemur.

DE S. GEORGIO.

Vtriusq; Vespis. & Laudibus. Añã.

Digne Deo martyr Princeps vene-
rande Georgi suscipe seruatorum, Pe-
timus pia vota tuorum, sintq; tua
Christo prece comédata supremo.

Ver. Ora pro nobis beate Georgi,
R. Vt digni efficiamur promissio-
nibus Christi. **ORATIO.**

DEus qui nos bti Georgij mar-
tyris tui, meritis & interces-
sione, latificas: concede propitiis:
vt qui eius beneficia poscimus dono
tuæ gratiæ consequamur.

DE S. AVGVSTINO.

In vtriusq; vespis. Añã.

Præsul sanctissime Augustine, via
morum, scripturæ secretū, Doctor
egregie, lux Doctorū, vitæ nostræ
decretum, roga mirissime Christi
nos adire secretum.

Ad Matutinum. Añã.

Canon vitæ canonicæ, lucerna no-
stris pedibus, Roga Christū pro fa-
mulis, vt nostris adsit mētib⁹, & in
æterna requie, suis iūgat agminib⁹.

⁊. Ora pro nobis bte Pater August.

⁊. Vt digni efficiamur promissio-
nibus Christi. **ORATIO.**

A Desto supplicationib⁹ nostris
omnipotēs Deus, & quibus fi-
duciã speradæ pietatis indulges in-
tercedente beato Augustino cōfes-

lore tuo atq; Pontifice, cōsuetę mi-
sericordię tribue benignus effectū.

DE PACE.

In vtrifq; Vesp. & Laud. Añā.

Da pacē dñe in diebus nostris, quia
non est alius qui pugnet pro nobis
nisi tu Deus noster.

V. Fiat pax in virtute tua.

R. Et abundantia in turribus tuis.

ORATIO.

Deus à quo sancta desideria recta
consilia & iusta sunt opera, da seruis
tuis illam, quam mundus dare non
potest pacē vt & corda nostra, man-
datis tuis dedita, & hostium sublata
formidine, tépora sint tua p̄tectio-
ne tranquilla. Per Dñm nostrum.

Registrum.

A B C D E F G H I K L.

Omnes sunt quaterni, præter
A. L. qui sunt terni.



S V T S I

N V I T.

D V L C E

† P

O N D V S,

D V L C E S

S O V A L C I A V O S,

D V L G E L I G N V M,



INDVLTGENTIÆ
CANONICIS
NOSTRIS CON-
CESSÆ.



ABent ius, & ibi ter deuote
primo psalmum Miserere, cū
præfati oratione pro Papa di-
Canoni- centes, qui vero dictū
ci, & eorum Cōuersi, psalmum & orationē
Commisſi, & Nouitij ignorauerint, quinde-
conceſſū à Leone de- cies orationem Domi-
cimo, & deinceps con- nicam, & toties Salu-
firmatū: quod in die- tationem Angelicam
bus, in quibus Statio- recitantes: & hoc pro
nes seu Indulgētiae sūt fœlici statu S. Matris
in Alma vrbe Roma, Ecclesie: easdē omnes
vel extra vbicunque: Stationes, & indulgen-
Visitantes altare ma- tias consequantur, ac

INDVLTENTIAE

si personaliter dictas ecclesias visitauerint. ¶ Item habent prefati Canonici &c. ab eodē Leone x. quod tempore capituli generalis, eorum confessores possint eos absoluerē ab omnibus, etiam reseruatīs casibus, & plenariam eis concedere indulgentiam. Eandē indulgentiam habent in die Natiuitatis gloriosissimæ matris Dei Mariæ.

nerali D. Columbino Cremonense, à Sanctissimo D.N. Papa Pio quinto quod in die Annuntiat. beatiss. virg. Mariæ deuote cōmunicātes, plenariam peccatorum suorum indulgentiā consequantur.

¶ Eandem eodem modo deuote cōmunicantes, habent in die S. P. N. Augustini, impetratam nuperrime per Reuer. tunc Rectorē Generalem D. Marcū Antonium Placentinum, ab eodē Sanctiss. D.N. Pio v.

¶ Item

CANONICIS.

¶ Item habent ab Eugenio quarto, & Sixto quarto, & deinceps confirmatum: quod recitantes prefati Canonici semel in unaquaque hebdomada per anni circulum, septem psalm. pœnit. Conuersi vero, uel Cõmissi quinquagies orationem Dominicam, & toties Salutationem angelicam, pro conseruatione status S. R. E. & si una hebdomada fortasse cessauerint, alia suppletes: possint in articulo mortis quencunq;

ex sui ordinis sacerdotibus: idoneum tamen: vel in casu necessitatis alterius ordinis, seu seculararem præsbyterum eligere: qui eorum diligenter auditis confessionibus, pœnitentiam illis iniungere salutare, atque ab omnibus valeat eos absoluerè, etiam Apostolicæ sedis reseruatis casibus, & indulgentiam concedere plenariam.

¶ Habent etiam ob cõmunicacionem nouissime per sanctiss. D. N. Papam Pium quintũ

INDVLGENTIÆ

eis factam, omnium seu flagellorum Domi
 Indulgentiarum eius. ni Quæ quidem si di
 de ordinis Monialibus cere perseuerauerint
 concessarum: quod di- quotidie per anni cir
 ceteres Coronam D. N. culum omnia visitaue
 Iesu Christi, quæ con- rint Dñi flagella.
 tinet triginta tres Pa ¶ Item indulgentiam
 ter nostr. & totidem plenariam, quotiescun
 Ave Ma. & Coronã que deuote communi
 beatissimæ eius Ma- cauerint.
 tris: indulgentiam cõ- ¶ Et quotiescunque in
 sequuntur plenariam. solemnitatibus Dñi,
 ¶ Item quindecies mil- Beatissimæ virginis,
 le annos relaxationis Apostolorum Petri &
 paxnarum Purgatorij Pauli, & D. Patris
 quocunq; die dixerint Augustini, & die om
 quindecies Pater nr: nium Sanctorum, &
 & toties Ave Ma. in omnibus diebus hebdo
 reuerentiam plagarum mada maioris pure fu
 erint

CANONICIS.

erint confessi.

¶ Et quater in anno, ubi se interne compunctos atq; attractos sentientes, pure ac deuote confitentes, eam à suo confessore petierint.

¶ Iisdem priuilegijs siue Indulgentijs gaudent dicti ordinis moniales, quæ ipsis Canonicis confitetur, & sub eorum agūt regimine.

¶ Plurimæ aliæ indulgentiæ, à sanctissimis

Pontificibus Canonicis Reg. Lat. concessæ fuerunt: quas breuitatis gratia huic sumario minime adducendas existimamus: Canonicis enim & cæteris nostri ordinis hominibus, aut per manus, aut ex lectione summorum Pont. Priuilegiorum, & Diplomatum summorum Pöt. sunt notissimæ.

¶ iij



FORMA ABSOLVTIONIS,
quando datur indulgentia plenaria.

Misereatur tui. &c. vnitati fidelium, & san-
& Indulgentia. &c. ctis Sacramentis eccle-


Hic auctorita-
te Dei omnipo-
tentis, & san-
ctorum Apostolorum
eius Petri & Pauli,
& S. D. Nostri N.
Papae tibi concessa, &
mibi commissa Absoluo


te ab omni vinculo ex-
communicationis maio-
ris vel minoris, si qua
incurristi, & a senten-
tia suspensionis vel in-
terdicti, & rest. tuo te
vnitati fidelium, & san-
ctis Sacramentis eccle-
siae. In nomine Pa-
tris, & Fi-
lij, &
Spūs sancti. Amen.

Iterum eadem aucto-
ritate tibi concessa, &
mibi commissa absol-
uo te ab omnibus pec-
catis tuis cū plenaria
indulgentia & remis-
sione omnium pecca-
torū tuorum. In nomi-
ne Pa-
tris, & Fi-
lij, & Spiritus
sancti. Amen.

Com-







1583

Sala

R

Gab.

Est.

Tab.

4

N.º

9